



Hc 603



Inhalt:

- 1) Libanii 2 orationes
- 2) Facotius: de doctrina philos. 1715
- 3) Passeratius: de ridiculis 1695
- 4) Tertullianus: de pallio 1695
- 5) Spanheim: de causis incredulitatis Judaeorum. 1678



f. 1.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.

J. Milford. 1823.

1. Libanii orationes duae. . . Lutet: nonde.
2. Jacotius de Doctrina Philosophor. ca. 1715.
3. Papiratus de Vehiculis in Caeron: Lut: 1698.
4. Tertullianus de Pallis. Junii. Lugd. 1695.
5. Pandecim. de Invidul: Salscor. Lugd. 1678.



17. April 1771



Q. SEPTIMI⁵
FLORENTIS
TERTVLLIANI
DE
PALLIO
LIBER.

Cum Notis Francisci Iunij.



LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,¹⁰
Apud Franciscum Raphelengium.
clō. lō. xcv.

SEPTIMI
FLORENTIS
TERTULLIANI

DE
PALLIO
LIBER.

Cum Notis Francisci Junij.



IN AEDIBUS
EX OFFICINA PLANTINIANA
Apud Franciscum Raphelengium
Cl. M. DCV.



Q. SEPTIMI
FLORENTIS
TERTULLIANI
DE
PALLIO
LIBER.



RINCIPES semper Africæ, viri Carthaginienses, vetustate nobiles, nouitate felices, gaudeo vos tam prosperos temporum, cum ita vacat ac iuuat, habitus denotare pacis. hæc & annona & ocia ab imperio & a celo bene est. tamen & vobis habitus aliter olim tunica fuisse, & quidem in fama de subteminis studio & luminis cōsilio, & mensuræ temperamento, quod neque trans crura prodigæ, nec intra genua inuerecundæ, nec brachiis parcæ, nec manibus artæ, sed nec cingulo sinus diuidente expeditæ, atque quadratæ instita! in viris autem pallij extrinsecus habitus & ipse quadrangulus, ab utroque laterum regestus, & ceruicibus circumstructus, in fibulæ morsu humeris adquiescebat. instar eius, hodie Æsculapiam vestro sacerdotium est. Sic & in proximo sorociuitas vestiebat, & sicubi alibi in Africa, Tyros. Acum sæcularium sortium variauit vna, & Romani

deus maluit: soror quidem ciuitas suo pte arbitrio mutare properauit, vt adpulsam Scipionem ante iam de habitu salutaret, Romana præcoqua. Vobis vero post iniuriæ beneficium, vt senium non fastigium exemtis, post Gracchi obscena omina, & Lepidi violenta ludibria, post trinas Pompeij aras & longas Cæsaris moras, vbi mcenia Statilius Taurus imposuit, sollempnia Sentius Saturninus enarrauit, cum concordia iuuat, toga oblata est. Pro quantum circummeauit, à Pelagis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, vt ab humeris sublimioris populi Carthaginienfes complecteretur. exinde tunicâ longiorem cinctu arbitrante suspenditis, & pallij iam teretis redundantiâ tabulata congregatione fultis, & si quid præterea condicio vel dignitas, vel temporalitas velleit. pallium tamen generaliter vestrū in memores etiam denotatis. Et quidem haud miror præ documento superiore. nam & arietem (non quem Laberius reciprocicornem & lanicutem & testitrahum, sed trabes machina est, quæ muros frangere militat) nemini vniquam adhuc libratum, illa dicitur Carthago *studis asperissima belli*, prima omnium arma esse in osculum penduli impetus, commentata vim tormenti debile pecoris capite vindicantis. Cui tamen vltimarent tempora patriæ, & aries iam Romanus, in muros quondam suos auderet, stupuere illico Carthaginienfes vt nouum extraneum ingenium.

Tantum cui longinquâ valet mutare vetustas.

Sic denique pallium agnoscitur.

Sit nunc aliunde res, ne Pœnicum inter Romanos

NOS

nos aut erubescat aut doleat, certe habitum veterere naturæ totius sollempne mutus est, fungitur & ipse mundus interim iste quem incumbimus. Viderit Anaximander si plures putat, viderit si quis vsquam alius ad Meropas, vt Silenus penes aures Mide blattit, aptas sane grandioribus fabulis. Sed & si quem Plato æstimat, cuius imago hic sit, etiam ille habeat necesse est proinde mutare: quippe si mundus, ex diuersis substantiis officisque, constabit, ad formam eius quod mundus hic est, neque enim mundus, si non vt mundus, proinde diuersa in vnum, ex demutatione diuersa sunt. denique diuersitatis discordiam vices forderant, ita mutando erit mundus omnis, qui & diuersitatibus corporatus & vicibus temperatus. Nostra certe mutatio (quod clausis, vel in totum Homericis, oculis liquet) totum versiforme est, die & nox inuicem vertunt, sol stitionibus annuis, lunæ modulationibus mensuris variat, siderum distinctio consilio interdum deiicit quid, interdum resuscitat cæli ambitus nunc sub diuo splendidus, nunc subit fordidus, aut imbres ruunt, & si quæ missilia curi imbris, dehinc substillum, & denuo sudum. sic & mari fides infamis, dum & flabris æque mutantibus de tranquillo probum, de flustris temperatum, & ex templo de decumanis inquietat. Sic & terram, si recenseas, temporatim vestiri amantem, prope sis eandem negare, memor viridem cum conspicias flavam mox visurus & canam. ceteri quoque eius ornatus quid? non aliud ex alio mutant, & montium scapulis decurrendo, & fontium venæ ebullando, & flumi

omni

A 3.

nun

num viæ obumbrando. Mutauit & totus orbis, aliquando aquis omnibus oblitus adhuc maris conchæ & buccinæ peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitasse; sed & enatando rursus infima mutauit, rursus orbis alius, idem mutat & nunc localiter habitus; cum situs læditur; cum inter insulas nulla iam Delos, harenæ Samos, & (si ille non mendax,) Æon, in Atlantico, Libyam aut Asiam adæquans quæritur nunc, Italię quondam latus, Hadria Tyrrhenoque quassantibus medio tenus interceptum reliquias Siciliam facit; cum tota illa plaga discidij, contentiosos æquorum coitus angustis retorquens, nomen vitij mari induit, non exspuentis naufragia, sed deuorantis. Patitur & contentens de cælo aut de suo. Aspice ad Palæstinam, qua Iordanis amnis finium arbiter, vastitas ingens, & orbis regio, & frustra ager est, & vrbes retro, & populi frequentes, & solus audiebat. dehinc vt deus censor esset, impietas ignium meruit imbres: hæcenus Sodomæ, & nulla Gomorra, & cinis omnia, & propinquitas maris iuxta cum solo mortem bibit. Ex huiusmodi nubilo & Tuscia Vulsinios pristinos deusta, quo magis de montibus suis Campania speret, crepta Pompeios. Sed absit. Vtinam & Asia secura iam sit de soli ingluuie: vtinam & Africa semel voraginem pauerit; vnici castris fraudatis expiata. Multa & alia huiusmodi detrimenta habitum orbis nouare, situsque mouere. Bellis quoque plurimum licuit. Sed piget tristia non minus quàm Regnorum vices recensere, quotiens & ista mutauerint iam inde
à Nino

à Nino Beli progenie : si tamen Ninus regnavit primus, vt autumat superiorú prophanitas, (fermè apud vos, vltra stilus non solet) ab Assyriis, si fortè æui historix patefcunt. Qui vero diuinâs lectitamus, ab ipsius mundi natalibus compotes sumus : sed læta iam malo, quippe & læta mutant. Denique si quid mare diluit, cælum textit, terra subduxit, gladius detotondit, aliàs versura compensato redit. Nam & primitus maiore ambitu terra cassa, & vacans hominum, & sicubi aliqua gens occuparat, sibi met, soli erat. Itaque cogitans omnia sibi domum, intelligens alibi stipantem copiam, alibi deserentem, runcare atque rursare consuluit, vt inde velut ex surculis & propaginibus populi de populis, vrbes de vrbibus, per vbique orbis pangerentur. Transuolauerere redundantium gentium examina; Scythæ exuberant in Persas, Phœnices in Africam eructant, Romanos Phryges pariunt, Chaldæum semen in Ægyptum educatur. dehinc cum inde transducitur Iudæa gens est. Sic & Herculea posteritas, qui Temeno pariter Peloponnesum occupando producent. Sic & Iones Nilei comites Asiam nouis vrbibus instruunt; sic & Corinthij cum Archia muniunt Syracusas. Sed vanū iam antiquitas, quando curricula nostra coram. Quantum reformauit orbis seculum istud? quantum vrbium aut produxit, aut auxit, aut reddidit præsentis Imperij triplex virtus; Deo tot Augustis in vnum fauente? quot census transscripti? quot populi propaginati? quot ordines illustrati? quot barbari exclusi? Reuera orbis cultissimum huius Imperij rus est, eradicato

dicato omni aconito hostilitatis, & cacto & rubo
subdola familiaritatis, consitum & amœnum super
Alcinoi pometum, & Midæ rosetum. Laudans igitur
orbem mutantem, quid denotas hominem?

Mutant & bestia pro veste formam. Quamquam
& pauo pluma vestis, & quidem *da* cataclitis, imò
omni conchylio depressior, qua colla florent; & omni
patagio inaurator, qua terga fulgent; & omni syr-
mate solutior, qua caudæ iacent, multicolor, & dis-
color, & versicolor, numquam ipsa, semper alia, &
si semper ipsa quando alia; totiens denique mutanda,
quotiens mouenda. Nominandus est & serpens, licet
ponè pauum. nam & iste quod sortitus est conuertit
corium & æuum, siquidem vt senium persensit, in
angusta se stipat, pariterque specum ingrediens &
cute egrediens, ab ipso statim limine erasus, exuijs
ibidem relictis nouum se explicat, cum squamis &
anni recurantur. Hyæna, si obserues, sexus annalis
est, marem & feminam alternat. taceo ceruū, quod
& ipse æratis suæ arbiter, serpente passus, veneno lan-
guescit in iuuentutem. est & *quadrupes, tardigrada,
agrestis, humilis, aspera*. testudinem Pacuianam pur-
tas non est, capit & alia bestiola versiculum, de me-
diocribus oppidò, sed nomen grande: chamæleon-
tem qui audieris, haud antè gnarus, iam timebis ali-
quid amplius cum leone, at cum offenderis, apud vi-
neam ferme sub pampino, torum, ridebis illico auda-
ciam & Graciam nominis; quippe nec succus est cor-
pori, qui minoribus multò licet, chamæleon pel-
licula viuit, capitulum statim a dorso: nam deficit
ceruix.

ceruix. itaq. durum reflecti, sed circumspectu emif-
 sitij ocelli, imò luminis puncta vertiginant. hebes,
 fessus, vix se à terra suspendit: molitur incessum stu-
 pens, & promouet, gradum magis demonstrat quàm
 explicat, ieiunus scilicet semper & indefectus: osci-
 tans vescitur, follicans ruminat, de vento cibus, ta-
 men & chamæleon mutare totus, nec aliud valet.
 nam cum illi coloris proprietates vna sit, vt quid acces-
 sit, inde suffunditur: hoc soli chamæleonti datum,
 quod vulgò dictum est, de corio suo ludere. Multa
 dicendum fuit, vt ad hominem præstructim perue-
 niretur: hunc quoque primordio accipitis, nudus
 certè & inuestis figulo suo constitit; post demum sa-
 pientiam haud dum licitam, præreptam potitur. ibi-
 dem quod in nouo corpore indebitum adhuc pu-
 dori erat, protegere festinans, ficulneis foliis interim
 circumdat. dehinc cum de originis loco exterminat,
 (quippe deliquerat) pellitus orbi, vt metallo, datur: sed
 arcana ista, nec omnium nosse. Cedo iam de vestro,
 quod Ægyptij narrant, & Alexander digerit & Afer
 legit, ea tempestate Osiridis qua ad illum ex Libya
 Hammon vasit ouium diues. deniq. cum ipsis Mer-
 curium autumant fortè palpati arietis mollitie dele-
 ctatum, diglubasse oueculam: dumque pertentat
 quod facilitas materiæ suadebat, tractu prosequente
 filum eliquasse, & in vestis pristinae modum quam
 philyra tenui vinxerat, texuisse. Sed vos omnem la-
 nitij dispensationem structuramque telarum Mi-
 neruæ maluistis; cum penes Arachnen diligentior of-
 ficina, exinde materia. nec de ouibus dico Milesiis &
 Selgicis

Selgicis & Altinis, aut quis Tarentum, vel Batica cluet, natura colorante. Sed quoniam & arbuta vestiunt, & lini herbida post virorem lauacro niuescunt: nec fuit satis tunicam pangere & ferere, ni etiam piscari vestitum contigisset. nam & de mari vellera, quæ muscosæ lanositatis lautiores conchæ comant. Prorsus haud latet, bombycem (vermiculi genus est) quæ per aërem aliquando araneorum more scopis idoneis se distendit, dehinc deuorat, mox æque reddere, proinde si necaueris, animata iam stamine aluo. Tantam igitur paraturam materiarum ingenia quoque vestificinae prosecuta, primum tegendo homini qua necessitas præcessit, dehinc & ornando imò & inflando, qua ambitio successit, varias indumentorum formas promulgauere. quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes. pars verò passiuus omnibus vtilis, vt hoc pallium, & si Græcum magis, sed lingua iam penes Latium est. cum voce vestis intrauit. atque ad eò ipse, qui Græcos pellendos vrbe censebat, litteras eorum vocemque senex iam eruditus, idem Cato iuridicinae suæ in tempore humerum exfertus, haud minus palliato habitu Græcis fauit.

Quid nunc? si est Romanitas omnis alia, nec vestis, tamen admodum Græci estis. Annèta est? Vnde gentium in prouinciis melius exercitis, quas natura agro potius eluctando commodauit, studia palestræ malè senescencia & incassum laborantia, & lutea vinctio, & puluerea volutatio, & arida saginatio? vnde apud aliquos Numidas etiam equis cæsariatos, iuxta cutem tonsor, & cultri vertex solus immunis? vnde
apud

apud hirtos & hirsutos tam rapax ab ala resina, tam furax à mento volsella? Prodigium est, hæc sine pallio fieri. illius est hæc tota res Asia. Quid tibi Libya & Europa cum exoticis mundiciis, quas vestire non nosti? Reuera enim quale est Græcatim depallari magis quàm amiciri? habitum transferre ita demum cultus probrum est, si non consuetudo, sed natura mutetur. sat refert inter honorem temporis, & religionem dei: consuetudo fidem tempori, natura deo. Naturam itaque concussit Larissæus Heros in virginem mutando ille ferarum medullis educatus, vnde & nominis consilium, quandoquidem labiis vacuërat ab vberum gustu: ille apud rupicem & siluicolam & monstrorum eruditorem scrupula schola eruditus. Feras in puero matris sollicitudinem. patiens certè iam vstriculas, certè iam virum alicuius clanculo functus, adhuc sustinet stolam fundere, comam struere, cutem fingere, speculum consulere, collum demulcere, aurem quoque foratu effeminatus, quod illi apud Sigæum statua seruat. planè postea miles est. necessitas enim reddidit sexum. de prælio sonuerat. nec arma longe. *Ipsam (inquit) ferrum virum attrahit.* Ceterum si post incentiuum quoque puella perseuerasset, potuit & nubere. ecce itaque mutatio; monstrum equidem geminum, de viro femina, mox de femina vir, quando neque veritas negari debuisset, neque fallacia confiteri. Vterque habitus mutandi malus, alter aduersus naturam, alter contra salutem. Turpius adhuc libido virum cultu transfigurauit, quàm aliqua materna formido; tametsi adoratur à

vobis, qui erubescendus est, Scyralosagittipelliger ille, qui totam epitheti sui sortem cum muliebri cultu compensauit. Tantum Lydiæ clanculariæ licuit vt Hercules in Omphale, & Omphale in Hercule prostitueretur. vbi Diomedes & cruenta præsepia? vbi Busiris & bustuaria altaria? vbi Gerion ter vnus? Cerebris adhuc eorum claua foetere malebat, cum vnguentis offenderetur. Vetus iam Hydræ Centaurorumque sanguis in sagittis, pumice speculi excludabatur, insultante luxuria, vt, post monstra transfixa coronam forsitan fuerent. Ne sobriæ mulieris quidem aut viraginis alicuius scapulæ, sub exuuias bestiarum tantæ introire potuissent, nisi diu mollitas & euigoratas & exodoratas, quod apud Omphalen balsamo aut telino spero factum. credo & iubas pectinem passas, ne ceruicem eneruem inureret stiria leonina; hiatus crinibus infarsos, genuinos inter antias adumbratos ne tota oris contumelia mugiret. Si posset, Nemæa certe, si quis loci Genius, ingemebat, tunc enim se circumspexit leonem perdidisse. Qualis ille Hercules in theristro Omphales fuerit, iam Omphale in Herculis scorto designata descripsit. Sed & qui arte Tyrinthium accesserat pugil Cleomachus, post Olympia cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, inter cutem cæsus & vltra inter fullones iam Nouianos coronandus, meritoque mimographo Lentulo in Catiniensibus commemoratus; vtique sicut fastigia cæstum viriosa occupauit, ita & endromidis solocem aliqua multicia synthesi exstruxit. Physconem & Sardanapalum rascendum

cendum est, qui nisi insignes libidinum, alias reges nemo nosset. tacendum autem ne quid & illi de Cæsariibus quibusdam vestris obmussitent, pariter propudiosis: nec magnæ forte constantiæ mandatum sit, impuriorem Phylcone, molliorem Sardanapalo Cæsatem designare, & quidem sub Nerone. Nec repidior vis vanæ quoque gloriæ mutandis in dubiis, etiam vero saluo. calor est omnis affectus: verû cum in affectationem flabellatur, iam de incendio gloriæ ardor est. Habes igitur ex isto fomite æstuantem magnum regem, sola gloria minorem. vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste. triumphalem cataphracten amolitus, in captiua Sarabara decessit: pectus squamarum signaculis disculptum, textu pellucido tegendo nudauit, anhelum adhuc ab opere belli, & vt mollius ventilante serico exstinxit. Non erat satis animi tumens Macedo, ni illum etiam vestis inflator delectasset. Nisi quod & philosophi puto ipsi aliquid eiusmodi affectant. audio enim & in purpura philosophatum. Si philosophus in purpura; cur non & in baxea tyria calciare, nisi aurum minime Græcatos decet. atquin aliud & sericatus & crepidam æratus incessit: digne quidem vt Bacchantibus indumentis aliquid subtinniret, cymbalo incessit. Quod si iam tunc locorum Diogenes de dolio latraret; non coenulentis pedibus vt thori Platonicæ sciunt, sed omnino totum Empedoclen in adyta Cloacinarum detulisset, vt qui se cœlitem delirarat, sorores prius suas, dehinc homines deas saluaret. Tales igitur habitus qui de natura & modestia

transferunt, & acie figere, & digito destinare, & nutu tradere, merito fit. Proxus si quis Mæandrico fluxu delicatam vestem humi protrahat, audiat ponere se quod & Comicus, *Qualem demens iste chlamydem disperdit?* Enimvero iam dubium censoriæ intentionis episcynio disperso, quantum denotatui passivitas offert, libertinos in equestribus, subuervustos in liberalibus, dedititios in ingenuis, rupices in urbanis, scurras in forensibus, paganos in militaribus. Vispillo, leno, lanista, tecum vestiuntur. Conuerte & ad feminas. Habes spectare quod Cecina Severus grauius fenatui impressit, *matrona sine stola in publico*. denique Lentuli Auguris consultis, quæ ita sese exautorasset, pro stupro erat pœna: quoniam quidem indices custodesque dignitatis habitus, ut lenocinij factitandi impedimenta, sedulo quædam desuefecerant. at nunc in semetipsas lenocinando quo planitus adeantur, & stolam, & supparum, & crepidulum, & calicendum, ipsas quoque iam lecticas & sellas quis in publico quoque domestice ac secrete habebantur, eierauere. Sed alius exstinguit sua lumina, alius non sua accendit. Adspice lupas popularium libidinum mundinas, ipsas quoque frictices. Et, si præstat oculos abducere ab eiusmodi propudiis occise in publico castitatis, adspice tamen vel sublinis iam, matronas videbis, cum latrinarum antistes sericum ventilat, & immundiorem loco ceruicem monilibus cõsolatur, & armillis, quas ex virorum fortium donis ipsæ quoque matronæ temere vsurpassent, omnium pudendorum conscias manus inserit, impuro ciui purum

aut

aut mulleolum inducit calceum. Cur istas non spectas? vel illos item habitus, qui nouitate vestitus religionem mentiuntur; cum ob cultum omnia candidatum, & ob notam vitæ, & priuilegium galeri, Cereri initiantur; cum ob diuersam affectionem tenebricæ vestis, & tetrici super caput velleris in Bellonæ montes fugantur; cum latioris purpuræ ambitio, & galatici ruboris superiectio Saturnum commendat; cum ipsum hoc pallium morosius ordinatum, & crepidæ, cretatæ Græcatim Æsculapio adulantur. Quanto tunc magis arguas illud? & vrges oculis etiam simplicis & in affectatæ tamen superstitionis reum. Enimuero cum hanc primum sapientiam vestit, quæ vanissimis superstitionibus reuinit; tunc certissime pallium super omnes exuias & peplos augusta vestis, superque omnes apices & titulos facer suggestus deducit oculos. suadeo reuerere habitum, vnius interim erroris tui renunciatorem. Tamen, inquis: *ita à toga ad Pallium?* Quid enim si & à diademate & à sceptro? An aliter mutauit Anacharsis, cum regno Scythiæ philosophiam præuertit? Nulla in melius transgressus sint signa, est habitus iste quod faciat. Prius etiam ad simplicem spectata telam eius; nullo tædio constat. adeo nec artifice necesse est, qui pridie rugas ab exordio formet, & inde deducat in tilias, totumque contracti vmbonis figmentum custodibus forcipibus assignet; dehinc diluculo (tunica prius cingulo correpta, quam præstabat moderatiorem texuisse) recognito rursus vmbone & si quid exorbitauit reformato, partem quidem de
læuo

læuo promittat, ambitum vero eius ex quo sinus nascitur iam deficientibus tabulis retrahat à scapulis, & exclusa dextera in læuam adhuc congerat cum alio pari tabulato in tergo deuoto, atque ita hominem sarcina vestiat. Conscientiam denique tuam perrogabo, quid te prius in toga sentias, indutum ne an onustum? habere vestem, an baiulare? Si negabis: domum consequar, videbo quid statim à limine properes: nullius profecto alterius indumenti expositio quàm togæ gratulatur. calceos nihil dicimus, proprium togæ tormentum, immundissimam pedum tutelam, verum & falsam. quam enim non expediat in algore & ardore rigere nudipedem, quàm in calceo vncipedem. magnum incessui munimentum sutrinæ Veneriæ prospexere, perones effeminatos. At enim pallio nihil expeditius, etiam si duplex, quod Crateris more nusquã vestiendo componitur. quippe tota molitio eius operire est solutum, id est, vno circumiectu, licet equidem nusquam inhumano; ita omnia hominis simul contegit. Humerum velans exponit, vel includit, cetero qua in humerum adheret nihil circumfulcit, nihil circumstringit, nihil de tabularum fide laborat, facile sese regit, facile reficit. etiam cum reponitur, nulli cippo in crastinum demandatur. si quid interulæ superest, vacat zonæ tormentum; si quid calceatus inducitur, mundissimum opus est, aut pedes nudi magis, certè viriles magis quàm in calceis. Hæc pro Pallio interim, quantum nomine concitasti. Iam vero & de negotio prouocat. Ego, inquit, nihil foro, nihil campo, nihil cu-

hil curiæ debeo; nihil officio aduigilo, nulla rostra præoccupo, nulla prætoria obseruo, cancellos non adoro. subsellia non contundo, iura non conturbo, causas non elatro, non iudico, non milito, non regno; secessi de populo. imò vnicum negocium mihi est, nec aliud nunc curo quàm ne curem. Vita meliore magis in secessu fruarè quàm in promptu. sed ignaua infamique scilicet patriæ, & imperio rei que pub. viuendum est. Errat olim ista sententia; Nemo alij nascitur, moriturus sibi. Certe cum ad Epicuros & Zenonas ventum est, sapientes vocas totum quietis magisterium, qui eam summæ atque vniciæ voluptatis nomine conseruauere. Tamen propemodum mihi quoque licebit in publicum prodesse. Soleo de qualibet margine vel ara medicinas moribus dicere, quæ felicius publicis rebus & ciuitatibus & imperiis bonas valetudines conferent, quàm tuæ operæ. Quippe si pergam ad acuta tecum, plus togæ læsere rempub. quàm loriciæ. Atquin nullis vitiis adolor, nullis veteris parco, nulli impetigini adolor; adigo cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit, qua bis tantum Asinius Gallus pro mensa eiusdem Mauritaniæ numerat. Hem, quantis facultatibus æstimauere ligneas maculas? item qua lances centenarij ponderis Sulla molitur. Vereor fanè ne parua sit ista trutina, cū Drusillanus, equidem seruus Claudij, quingenariam promulsidem ædificat, superscriptis fortasse mensis necessariam; cui si officina exstructa est, debuit & triclinium. Immergo æque scalpellum

C

acerbi-

acerbitati ei, qua Vedius Pollio seruos murænis inuadendos obiebat, noua scilicet sœuitia delectatio, terrenæ bestiæ excedentulæ & exunguis & excornis: de piscibus placuit feras cogere, vtique statim coquendis, vt in visceribus earû aliquid de seruorum suorû corporibus & ipse gustaret. Præcidam gulam, qua Hortensius orator primus pauum cibi causa potuit occidere, qua Aufidius Lurco primus sagina corpora vitiauit, & coactis alimentis in adulterinum prouexit saporem; qua Asinius Celer nulli vnus obsonium VIHS. detulit, qua Æsopus histrio ex auius eiusdem preciositatis vt canoris & loquacibus, quibusque sexcentorum millium patinam conflauit, qua filius eius post tale pulpamentum potuit aliquid sumptuosius esurire, margarita namque vel ipso nomine preciosa dehausit, credo ne mendicius patre cœnasset. Taceo Nerones & Apicios & Rufos. Dabo catharticum impuritati Scauri, & alexæ Curij, & vinolentiæ Antonij. Et memento istos interim ex multis togatos fuisse, quales apud pallium haud facile. Has purulentias ciuitatis quis eliciet & exaporabit, ni sermo palliatus? Sermone, inquis, me suastisti medicamine sapientissimo. Verû etsi eloquium quiescat, aut infantia subductum, aut verecundia retentum, (nam & clingui philosophia vita contenta est) ipse habitus sonat. sic denique auditur philosophus dum videtur. De occurso meo vitia suffundo. Quis non æmulum suum cum videt patitur? quis oculis in eum potest, in quem mentibus non potest? grande pallij beneficium est, sub cuius recogitatu
impro-

improbi mores vel erubescunt. Viderit nunc philosophia, quid profit. Nec enim sola mecum est. Habeo & alias artes in publico vtilis. de meo vestiuntur, & primus informator litterarum, & primus edomator vocis, & primus numerorū harenarius, & Grammaticus, & Rhetor, & Sophista, & Medicus, & Poëta, & qui Musicam pulsat, & qui stellarem coniectat, & qui volaticam spectat. omnis liberalitas studiorum quatuor meis angulis tegitur. plane post Romanos equites. Verum & cerdones & omnis gladiatorum ignominia togata producitur. Hæc nimirum indignitas erit à toga ad pallium? Sed ista pallium loquitur. At ego iam me illi etiam diuinæ sectæ ac disciplinæ commercium confero. Gaude pallium & exulta; melior iam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti.

AD
Q. SEPTIMIUM FLORENTIS
TERTULLIANI
CARTHAGINIENSIS
LIBELLVM
DE PALLIO

Notæ

FRANCISCI IVNII.

D. GODEFRIDO MONTENIO,
 necessario coniunctissimo,
 FRANCISCVS IVNIVS
 S. P. D.



VM à studiis vacant Academia,
 doctissime Monteni & coniu-
 ctissime, visum fuerat nobis aliqua
 studiorum iucundiorum parte in-
 uentutem qua in loco est ad postu-
 latum ipsius aspergere. Delega-
 auctorem antiquitate celebrem, auctoritate grauem,
 sermonis proprietate purissimum, & sententiarum
 neruis instructissimum: atque ex eo rerum Varietate
 iucundissimum de Veteris historia penus argumentum
 Illud est liber de Pallio Septimij Florentis Tertulliani
 libellus mole exiguus, sed dignitate grandis, ut quae
 maximè. Miratus sum equidè te in hac nostra acroa-
 frequentem esse. Nam opus non habes ista minu-
 tiore institutione nostra, qui & notitiam verborum
 & scientiam rerum & peritiam maximam diu utrum
 & diligente cura es iam diu assequutus. Quae res cum
 mihi sint exploratissima, id existimaui à te eo consili-
 fieri, ut & mihi honorem aliquem haberes publicè
 tanquam amanti tui, & alius praeuoceres exem-
 tue

tuo, humaniorumque literarum studia ac veneranda illius antiquitatis monumenta quanti à singulis oporteat fieri ostenderes. Præuenisti me honore & humanitatis illius tue officis. Ecce præcuntem sequor: & quod tuo illo facto, ac quodam erga me iure tibi vindicasti, id iam tibi obstrictus offero: interpretationem meam. Locos insignes ab antiquitate summa indicatos Tertullianus exhibet: ego non paucos ex iis quam maxima cura restitutos: plerosque ex MSS. fide, ex coniectura aliquot, ubi medicam manuum opus fuisse arbitrabar. Interpretationum summas adiunxi: quæ à Rhenano aut Pamelio sunt, distinxi literis, ut suum haberet à me eorum quisque integrum. comportavi autem ab iis quæcunque visa sunt, & coniunxi meis, ut absolutam quodammodo asperioris huius stili obscuriorisque argumenti, & explicitam speciem Lectori exhiberem. His ergo, quæ tu à me tibi singulari facto tuo & officio vindicavisti, immanter rogo utaris ut tuis: & publicum utifruiubeas ut eruditionis & humanitatis tuæ ac conunctionis nostræ testimoniis quàm fidelissimis. Vale.

Lugduno Batauorum, Kal. Septemb. Cl. Io. xcv.

IN LIBRUM
DE PALLIO.

De pallio] ^R Pallium erat Græcorum gestamen, vt toga Romanorum. Eo Christiani frugalitatis gratia vestiebantur, tamquam veste simpliciore & philosophica: vnde factum est, vt vulgari conuicio qui nostris sacris initiati fuerant, Græci vocarentur, & ab iniectione pallij quod tunicæ superimponebant, etiam imponentes (vt ita dixerim) siue impostores. Quoties ergo Christianus aliquis prodiisset, statim illud è triuio audiebat, *ὁ χαυρός, ἐπιθέτης*. Id simpliciter accipiebat indoctum vulgus ob pallij superimpositionem, ^F (pallium enim *ἐπιθήμα, ἢ ἐπεσεῖς* dictum) ^R cæterùm literati figuratum morsum intelligebant in vocabulo *ἐπιθέτης*, quo fieret ad impostoris nomen apud Latinos tacita allusio, hoc est, deceptoris & hominis sanctitatem mentientis. Atque hoc est quod Hieronymus ad Furiam scribens, *vbicunque, inquit, viderint Christianum, statim illud de triuio, ὁ χαυρός, ἐπιθέτης, vocant impostorem, detrahunt.* Sensus scommatis idem Hieronymus expressit in epistola ad Marcellam, de Christianis agens, qui propter vestitum viliores à gentilibus, nonnunquam etiam à pseudochristianis riderentur: *Nos, inquit, quia serica veste non vtimur, monach iudicamur: quia ebrj non sumus, nec cachinno ora dissoluimus, continentibus vocamur & tristes. si tunica non canduerit, statim illud triuio, impostor & Græcus est. Vbi vides ad vestem pertinere dictionem, qua philosophi Græcorum peculiariter vterentur & post illos Christiani, quum inquit, si tunica non canduerit ^F Continentes & tristes, *ἐνχευτῆς ἢ οὐδ' ἔρωπι.* Canduerit autè, ic est, splenduerit, nituerit; vt Horatius serm. 2. sat. 6. *rubro vb cocco tincta super lectos canderet vestis eburnos.* ^F Similem habitus mutationem in nouis Christianis indicat Origene apud*

apud Eusebium lib.6. hist. Eccles. cap.15. siue (vt in Græco est) 20. quum de Heracla dicit posito illum communi indumento habitum assumpsisse philosophicuro. ^F Hinc per ludibrium, *isane à toga ad pallium?* *πεποιμωδός*, cap.5.

Principes semper Af.] ^F Hellenismus. De horum autem in Africa principatu, apud auctores multa. Optimè Virgilius Æneidos 1. *Vrbs antiqua fuit, Tyrj tenuere*, &c. & Herodianus lib.7. Est autem hoc exordium breue *χρὴ ἐφελμ-ψυ*, ne inuidere publicis commodis toga posita diceretur.

Gaudeo vos tam p.] ^F Sensus est, equidem vobis gratulor ex animo tum prosperitatem & pacem publicam, tum indicem illius togam, qua nunc induti estis: nam pacis habitus toga, de auctorum omnium sententia. Denotare autem, nota publica indicare, & auctoritate indicere. Cicero pro lege Manil. de Mithradate, *quod is qui vno die tota Asia tot in ciuitatibus, vno nuncio atque vna literarum significatione ciues Rom. necandos trucidandosque denotauit.* Auctor 37. apolog. *quid tamen de tam conspiratis vnquam denotatis?* Hæc igitur loci constructio, Gaudeo vos denotare tam prosperos habitus temporum pacis, quum ita vacat ac inuat, id est, dum licet & libet. Ciaconius legebat, *habitus denotare. Pacis hæc & annona oria.* non probo.

Annona, & otia] ^F Prior ex festiua liberalitate Cæsarium, vt & lib. de corona mil. posterius ex victis hostibus, Didio Iuliano, quum primum annum imperij sui, & Caio Pescennio Nigro, quum secundum Septimius Seuerus ageret, vt testantur historiae. *Oria* autem scribendum per t, ab vtendo dicta.

Tamen & vobis hab.] ^F Distinguo: & vobis habitus aliter olim: tunicae fuere. hoc Tertulliani certè *γνήσιον*. ^P Huc pertinet illud Nonij Marcelli: Ennius probro Karthaginienium *tunicatam iuuentutem* voluit dicere ^F lib.7. annal. & Pænius Hanno tunicatus homo dicitur, scena *quis pultat*: ^P & Pænum auem nuncupat Plautus in Pænulo ob manicas alarum instar vtriusque penfileis, ^F scena, *ain' tu. Sed quam illac*

illic aut est, quæ huc cum tunicis aduenit? ^p Nam & Romæ pro-
bro verti solere manicatas tunicatas (quales hic pulcrè de-
scribuntur) testatur A. Gellius lib. 7. noct. Attic. cap. 12. quippe
cùm tunica Romanorum breuior esset & sine manicis. At-
que hæc propositio $\kappa\tau^{\prime} \kappa\epsilon\upsilon\psi\upsilon\upsilon$ artificiosissimam : proinde ac si
diceret ; Nec tamen propterea obnitor vestris commodis &
festiuitati publicæ, quòd loco togæ indui pallium, & muta-
tionem institui, quam adedò mirantur multi; sed cum festiui-
tate publica coniungo meam ex professione mea : cùm hanc
ipsam vestem & maiores nostri habuerint, & mutationum
exempla ac causas, non mutationes ipsas diiudicari per se
oporteat. Quapropter hæc ordine persequitur: primùm par-
ticularia exempla Pœnorum & Carthaginensium, cap. 1. se-
cundò communia vniuersitatis rerumque inanimarū, cap. 2.
& animantium cap. 3. & hominum cap. 4. deinde verò cau-
sas, nempe studium hominis, cap. 5. & professionem illius,
cap. 6. vbi hæc tractatio, sermone ad pallium conuerso, con-
cluditur.

Et quidem in fama de f.] ^f Lege, & quidem *infa-*
mata subr. Infamata autem, id est, aut infames factæ, vt ac-
cipitur vulgo, aut (quod ego quidem malim) iactatæ fama,
diulgatæ. Liuius, *infamandæ rei causa ianuam obserari iuber.*
Tolerabilior tamen est vulgata lectio, quàm si legeris, *in fa-*
mina. hoc enim $\alpha\pi\sigma\sigma\delta\iota\omicron\nu\sigma\sigma\upsilon$, vt aiunt.

Subteminis studio, &] ^f Lege *subtegminis*, vt Rhena-
nus. Aliud subtegmē est, aliud subtemen. Est enim subte-
gmen, siue (vt Augustinus in Grammatica legit) subtegmē,
interior pannus quo vestis suffulta est commoditatis aut or-
natus ergo : supparum dixerunt quidam, duplicaturam no-
strate vulgus. Subtemen verò pars est interior panni, vela-
mentum, $\eta\ \epsilon\upsilon\delta\iota\omicron\nu\ \epsilon\pi\iota\pi\lambda\eta$, quæ stamini subest; vt trama, $\eta\ \epsilon\zeta\omega-$
 $\delta\epsilon\upsilon\ \delta\pi\iota\pi\omicron\lambda\eta$, superior pars quæ trameat stamen : diciturque vt
tela, à texendo temen. Hinc quod subtexitur, subtemen di-
ctum. Varronis itaque locus lib. 4. de ling. Lat. me auctore
emendandus est hoc modo : *Stamen à stando, quòd eo stat*

D

omne

omne in tela velamentum [exterius puta corium, vt ita dicam, & interius panni, ἢ τε ἐξωθεν ἢ ἐνδοθεν ἐπιπολῆ:] *Subremen*, quòd subit stamini: *Trama*, quòd trameat. *Phrygius*, id genus vestimenti, &c. Est enim tutulus Fulgentio, quem Phrygium amictum Virgilius dicit *Ænei*. 3. de quo in cap. 5. Sed ad rem. De subtegmine Tertullianus agit, id est, paratura quæ ad commoditatem, & ad ornatum tunicæ subdita, studiumque ostentationis: propterea *subtegmis studio* dicit. Hoc autem, & sequentia omnia ad prisicæ illius tunicæ rationem demonstrandam optimè subiecta sunt, quæ iamdiu apud Carthaginienses exoleuisse videbantur.

Luminis consilio] ^F Lege *concilio*. Lumen artificibus est apertura quævis, qua lux intromittitur, vt Græcis δῶν appellata: quo modo lumen fenestræ, ianux, hypothryi, hyperthyri Vitruuius dixit lib. 4. de architect. cap. 6. Lumen autem atque os tunicæ, vt hodie quoque fit, stipabatur aggesta materia densius, aut loro valentiore firmabatur, plenumque ex opere coactili, quod concilium Latinis dictum: nam ex eo & firmiores limbi ad oras vestium. Varro lib. 5. de ling. Lat. *A cogitatione Concilium*: vnde *Concilium*, quod, vt vestimentum, apud fullonem quum cogitur, conciliari dicitur. Cogitationem autem dicit actum cogendi, & coacturam (vt Columella vocat) cætus, συναγωγῆς, siue concilij: vnde & opus illud dictum metaphoricè. Sic restituendus & exponendus Varro: quo auctore hic noster *luminis concilium* dicit, & Varro adfert lumen. Etsi hæc tantum indicat, non persequitur accuratè Varro. Nam concilium pro cætu à calando, id est, vocando; concilium verò pro opere isto, à cilendo, id est, mouendo subigendoque dictum; vnde cilium, ciliciumque, & coniugata omnia: vt pòst dicturi sumus.

Quod neque trans crura prodigæ] ^F legendum ex *mass. prodigè*, & deinceps *iuuerecundè*, *parcè*, *artè*. Nam hæc quatuor ad mensuræ temperamentum pertinent; & bina priora de tunicis; posteriora de manicis earum enunciantur. *κρυωλεξτῆ* autem, quum dicit *prodigè*: nam prodigere præ-

ter mo-

ter modum erogare est : ex eo prodigus, prodigè, *Inuerecundè* autem quum dicit, Rom. tunica breuitatem carpit.

Nec brachiis parcè, n.] ^F sensus est, manicis amplis in longum & latum, vt iam plerumque sunt militares pediti; & solutis libereque fluentibus alarum modo : quapropter Pœnum per ludibrium Plauto auem ostendimus dici. Hunc autem mollem & effœminatam cultum sociis Catilinæ Cicero exprobrat orat. in Catilinam 4. Dio in Imperatore Commodo, Herodianus in Elagabalo, & alij notauerunt. ^P Sic Turnebus rectè emendauit lib. 7. aduers. cap. 20.

Sed nec cingulo [s. d.] ^F lego, *sed nec cingulo sinus diuidente expedita*, sine distinctionis interiectu, in hanc sententiam : etsi alæ illæ fluentes, de quibus proximè, impedimento videntur esse in laxiore vestimento, tamen expeditas fuisse tunicas, ac ne cingulo quidem adstringente & diuidente sinus vel strias & strigas dispelcente ipsarum opus habuisse, vt expeditiores essent : ad eò fuerunt ad agilitatem comparatæ.

Quadratæ instita] ^F id est, fascia lata (ex qua lumbricos latos Cælius Aurelianus appellauit institas) qua tunicarum distinguebantur anguli, ^P & vestes subsuebantur : quemadmodum in illo Horatij, *Quarum subsuta talos tegit instita veste*, ^F & Ouidij, *Quaque tegit medios instita longa pedes*.

Extrinfecus] ^F id est, supernè tunicæ interulæ ve (vt cap. 5. vocat) superiniectus, vt in fœminis palla. ^P Hinc quia supra tunicas induebatur, ortum prouerbiū, tunica pallio propior. ^F Post *habitus* ponenda *διασολή*. Sic alterum quoque habitum describit tunicæ impositum, qui in fœminis palla dicitur, in viris pallium. atque hoc huius libelli argumentum. Quare omiſſa fœminarum veste virilem hic attingit solūm : quod pertinet illud, *in viris autem*, positum *διακειπώς*.

In fibulæ morſu] ^F lege, *infibula morſu*. Fibula circulus est capax infibulæ : at infibula, vncus fibulam iniens. Ex quo flamines infibulati Festo, & infibulare adolescentis Celſo. Illā Græci *περὶ πῶλον*, hanc *περὶ πῶλον ἢ ἐπιπρωπίδα* dixerunt.

Æsculapio iam vestro] ^F id est, Arfinoës filio, ut interpretantur vulgo; non illi Theffalo nato Coronide; qui à Chirone fuit institutus. Nam cum tres omnium consensu fuerint *Æsculapij*, eorum antiquissimum Pœni & Mauri sibi vindicarunt: eoque ^P peculiariter colebatur in Africa, quod matre Pœna crederetur genitus, unde Pœnigena vocatur Seruio apud Virgil. *Æneid.* 7. ^F cum tamen Probus & alij legerint Phœbigenam, idque verius. Sed genti suæ gratificari volebat Seruius. Legendus Theodoretus de curatione Græcarum affectionum sermo. 8. Nomen certè Afrum est *Asclepius* siue *Æsculapius*, tractum à verbo quod sonat redintegrare, nouare: eo quod mortuos in vitam retiocauisse diceretur, ac propterea à Ioue irato de cælo tactus. Virgilius, *ipse repertorem medicina talis & artis Fulmine Phœbigenam Stygiis detrusit ad undas*. Ego verò haud scio an sit commodius dicere, *Æsculapio vestro*, id est, Deo tutano huius ciuitatis vestræ, quem vos hîc in Byrsæ (hoc acropoli Carthaginensium nomen) vertice colitis; & cuius templum vrbe capta secum Hasdrubalis vxor cremauerat. Strabo lib. 17. & Florus epitom. lib. 51. Confirmant sequentia. *Sacerdotium* pro sacerdotibus: hypallage.

Soror ciuitas] ^R Utica, quam Strabo Tyriorum coloniam esse tradit, ^F & Trogus Pompeius lib. 18. *Vticensium quoque*, inquit, *Legati dona ut consanguineis attulerunt*. Forte etiam quod hæc quasi situ soror in altero sinu illius latere, & altera Carthago magnitudine & dignitate esse videretur, ut auctor Strabo. Vestiebat autem, more Tertullianico accipe *μεταβάτως*.

Sicubi alibi in Africa Tyros] ^F id est, si vsquam alibi sunt colonie Tyriæ, *μετρωσικως*. Non itaque redundat Tyros (quod censuit Latinus) sed redundat distinctio, sic antè, *sacerdotium est*.

Quum secularium sortium variauit vrna] ^F Metaphora à forensi obseruatione. Sic Turnebus rectè. Atque hic alter narrationis locus, quando primùm Pœni toga pallium commu-

commutauerint. *Secularium* autem scribe, non *secularium*. Est enim *seculum*, non à senibus, vt Varroni placuit, aut à sequendo, vt Isidoro, dictum (cur enim producta prima?) sed composita vox est ex *se*, quod est seorsim, & verbo *colere*, *δύειν*, quo sensu Plautus Rudente, *vix colo vitam*. Vnde cunque autem duxeris, prima est scribenda per *e* simplex. Pòst, *Romanis Deus maluit*, Hellenismus est, vt cap. 3. *Minerue maluisti*. Cupere potius Latini hoc sensu vsurparunt. Cicero lib. I. epist. 2. ad Q. frat.

Soror quidem ciuitas] ^F Vtica, vt antè. Consulendus Florus epitomæ Liuianæ lib. 49. *Priusquam, inquit, vllæ copie in nauem imponerentur, Vitenses legati Romam venerunt, se suaque omnia dedentes*. Sic mutare properauit Vtica in togam pallium, rebus adhuc întegris, *suoapte arbitrio*, inconsulto communi Africæ.

Adpulsus Scipionem] ^F iuniorem qui pòst Africanus dictus. de hoc in somnio Scipionis multa. *Adpulsus* autem dicit, quia tum adhuc adolescens ad hoc bellum pulsus atque coactus est: nam perucit, teste Floro, Catonis sententia contra Scipionis Nasicæ aliorumque sententiam Carthaginem deleri prohibentium.

Romana præcoqua] ^F *παρὰ τὸν χρόνον*, ac potius *ἀνωμαλὴ*, immatura: id est, præcoce properoq̄ue consilio Romana facta per deditioem, de qua modò ex Floro dicebamus, & habitus conformationem. Nonius, *Præcox & præcoqua, quod est immatura* Euius annal. lib. 8. *præcox pugna st.*

Vobis verò post iniuriæ b.] ^F hæc opponuntur antecedenti membro de tempore togatæ Vticæ: quamobrem legendum, *Romana præcoqua: vobis verò*, &c. demonstrant quidem & verò, *ἴσθ' & δέ*. Beneficium autem iniuriæ vocat, quòd C. Graccho tribuno pleb. auctore colonia vna in solò diruta Carthaginis fuit instituta, quòd ipse triumuir creatus, ait Florus, coloniam deduxit, quasi remissa in hunc modum Carthaginensibus iniuria, atque sublata Rom. beneficio. Nam quòd instaurari dignitas cœpit loci, beneficium est; quòd

contrarium antè decretum fuerat, iniuria dicitur.

Vt senium, non fastigium exemptis] Hellenismus, ^P Ex Vaticanis codd. *fastigium* pro *fastidium* legimus. Phrasi autem sua dixit Tertullianus *exemptu senium*, non *fastigium*, sicut infra *deusta Volsinios, erepta Pompeios*, & iterum cap. 4. *crepidam exatus*. ^F Exemptos autem senium dicit, quasi à mortem iam minante atque instante vindicatos, non destitutos fastigio dignitatis suæ.

Post Gracchi obscæna omina] ^P Historia ad quam alludit sic se habet. Carthago xxii. anno postquam per Scipionem Africanum iuniorum funditus excisa fuerat, in vestigiis magnæ Cathaginis beneficio p.R. reedificari iussa est, & à C. Graccho trib. pl. deductis eo colonis Romanis (teste Solino) Iunonia cognominata: sed non sine prodigio aut *omine*, ut Auctor loquitur. Nam mensores (inquit Orosius lib. 5. cap. 12. & ante eum Apianus Alexandrinus sub finem libri de bello Libyco) ad limitandum Carthaginensium agrum missi, stipites terminorum indices fixos nocte à lupis reuulsos mordiculisque corrosos reppererunt. ^F *Obscæna* autem *omina* dicuntur *κωσολεκτήων*, abominanda, horrenda, & bonæ scæuæ aduersantia, quasi obscæuina, *καὶ τὸ σκαυῶν*, quod quæ sinistra sunt (ait Varro lib. 6. de ling. Lat.) bona auspicia existimantur. Aliud est igitur *obscænum* per æ, ut hîc scribimus; aliud *obscenum*, turpe, pro opsceno ab Opscis populis vel Opiscis dictum, per e simplex.

Lepidi violenta ludibria] ^F M. Aimilium Lepidum Cos. notat, hominem temerarium atque violentum, rerumque nouarum per insolentiam cupidum, qui ad rescindenda Syllæ acta bellum ciuile excitauit, & à Q. Catulo collega eiectus vrbe, in Etruriam, inde in Sardiniam fugit, ut commodius Africa abuteretur. Ludibria autem eo dicuntur, quòd ciuile istud bellum *pene citius oppressum est quàm inciperet*, inquit Florus lib. 3. de gest. Rom. cap. 23.

Trinas Pompeij aras] ^F triumphales scilicet, ubi triumphantes sacrificabant diis. id est, post treis triumphos

συνεδοχῆς. Zonaras testis, & Capitolini Fasti apud Onuphrium. nam de Africa, Europa, & Asia triumphauit. *Cæsaris* autem *longas moras* intellige Iulij atque Octauij. ^p Cæsar enim Iulius in bello Africano aduersus Iubam regem à XIII. Kal. Ianuarias ad Idus vsque Iunias (Hirtio teste) moras longas fecit. ^f His impedimentis Carthago mansit aliquantisper *ignobilis, humili & languido statu*, inquit Solinus cap. 30. *demum in claritatem secunda Carthaginis, interiectis centum & duobus annis, M. Antonio & P. Dolabella Cos. enituit, alterum post urbem Romanam terrarum decus, quo anno C. Cæsar occisus est.* Atque hinc potius longæ Cæsaris moræ videntur dictæ, quòd decretum diu factum de excitanda Carthagine ad obitum vsque moratus est, aliis rebus distentus. Post verò, quum eo mortuo M. Antonius Cos. impotenter dominaretur, Octavius Cæsar sibi & reipub. vires contra eum paraturus, ait Florus lib. cxvii. epitom. deductos in colonias veteranos excitauit: quorum in numero Carthaginenses. Itaque post quiete parta coloniarum Carthaginensium fuit relata gratia, vrbe cincta sacrataque & communicata toga, vt auctor exprimit frequentibus, ex antecedente decreto. sed hinc quoque longæ moræ, quum Augustus bellis ciuilibus distraheretur, donec Statilio Tauro demandata est procuratio:

Statilius Taurus] ^f T. Statilius Taurus Consul .ii. cum Augusto Cæsare: nam huius decreto Proconsul Taurus Carthaginem instaurauit, pace terra marique parta, quum Ianus quartum clusus esset.

Sollemnia Sentius Saturninus enarrauit] ^f Hic fuit C. Sentius Saturninus, qui Consulatus gessit cum Q. Lucretio Vispillone ad Kal. Iulias vsque, anno 100 cxxxiv. ab vrbe cond. Nunquam autem hic fuit Pontifex, sed Augur enarrauit Carthaginis sollemnia, id est, liberauit sacris prioribus, & nouis effatus est urbem, agros, & templa illius. Rectè autem enarrauisse dicit auctor Augurali verbo: quia hoc generale est horum solennium: in quibus duæ partes singularis verbis distinctæ sunt, liberatio à prioribus sacris, & postero-

rum

rum sacrorum effatum. Tullius de legib. 2. *Vrbemque & agros, & templa liberata, & effata habento.* Est enim liberare, ἀφοσιῶν, quod defanare dicit Arnobius: effari verò, περιερίζειν ἢ κεδιεροῶν, quod fanum sistere & fanare dicitur Varroni lib. 5. de ling. Lat. vt & Tacitus sistere templum dixit Annal. 20. Vtrumque hoc comprehenditur enarrandi verbo, ex libris Auguralibus. *Solemnia* autem per m scribi vitiosum est: fit enim ab anno, vt biennis, triennis, quadriennis, &c. litteram l. geminare, si qui voler, potest, tamquam à solo vel follo Oscè, quod est solidum, auctore Festo, non à solendi verbo. *Quamobrem* prima syllaba vbique producta est, licet l. vnico.

Cùm Concordia iuuat] ^F id est, quum Roma fruens pacis & concordia commodis oblectaretur quinctis ludis secularibus: nam hoc *iuuare* priscis dictum; & inde iocus ac coniugata omnia. Fuerunt autem hi ludi C. Furnio, & C. Siliano Coss. celebrati per xv. viros Augurales, quorum magistri in fragmento Capitolino recensentur C. Sentius C. f. C. n. Saturninus, qui hic nominatus est, M. Claudius M. f. M. n. Marcellus, M. Fufius M. f. Strigo, & D. Lælius D. f. D. n. Balbus. Consulatur Onuphrius lib. de ludis secularibus. Hoc ergo demum tempore toga Carthaginiensibus oblata, Cæsaris Augusti beneficio; non ab illis (quod minimè licuit) vsurpata.

Prò, quantum circummeauit, à P.] ^F Admiratio elegans. Sunt autem Pelasgi Arcades postea dicti ab Arcade Callistoni filio, herede Nyctimi, Pausania auctore in Arcadicis. Idem autem Arcas est *Tebennus* quoque dictus Syra origine, pro eo quod est vindex siue iudex; vt Ægyptiis Pharaon ex eadem causa: & regale vestimentum eius *τήβεννος* seu *τηβέννη* Græcis, inuentum ab eo. De quo Dionysius Halicarnassensis lib. Rom. antiq. 3. τὰ δὲ ποιῶντα ἡδὲ ἀμοιβασμάτων Ρωμαῖοι εἰ τόγας, Ἕλληνας δὲ τήβεννον καλοῦσιν, ἐκ οἷδ' ὁπίθεν μαθόντες ἱελλυκῶν; δὲ φαίνεται μοι τὸ ὄνομα εἶναι. Ab his itaque Pelasgis ad Lydos in minorem Asiam *τηβέννη* measse dicitur; à Lydis, cùm

eum ad Perfarum reges & Orientem totum, ut ibidem Halicarnassensis indicat, tum vero ad Romanos Occidentem versus, quum Atyi fratri Tyrrenus, *τύραννος*, cederet in contentione regni: nam Etruriam occupavit, unde religionem ac ritus suos plurimum Rom. hauserunt. Nec vero aliter Plinius lib. 3. natur. hist. cap. 5. quum inquit, *Colonus saepe mutatus, tenuere alij alij temporibus, Aborigenes, Pelasgi Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli.* nam inter duas illas voces *Pelasgi Arcades*, tollenda distinctio, quæ vulgo apponi solet, vitiumque adfert loco.

Ut ab humeris sublimioris p.] ^F nempe Romani. Elegantissima hæc allegoria. Exinde autem, id est, inde ab eo tempore quo vos Romana toga complexa est.

Tunicam longiorem cinctu ar.] ^F Longiorem, non intra genua inuerecundè Rom. more mensuratam, cingulo suspensam tenetis arbitrato vestro. infra cap. 5. *tunica prius cingulo correpta, quam præstabat moderatiorem texuisse.*

Pallij iam teretis] ^F quod antè quadrangulum fuit. De his autem plura principio cap. 5. Tabulatam vero congregationem vocat *συμμετρὸν συμπλέξαν*, latiores strigas siue plicaturas pallij, quibus tiliæ siue philyræ opponuntur, id est, angustæ & pressæ strigæ. Congregationem tabulatam habent Brunsvicenses penulæ, ut dicuntur vulgo; tiliam Belgarum fæminarum palla; siue (ut Plinius vocat) philyram.

Conditio, vel dignitas, vel t.] ^F Conditio personarum locorumque, dignitas honorum, temporalitas sacrorum, ludorum, festorumque publicorum, aut priuatorum: nam his occasionibus mutantur vestes. Quod autem ex vestit faciebat Turnebus vertit, alienum est. Tolerabilius foret, *gestit*, si quid mutandum videretur, id est, *ἀπέχεσθαι*, ut Apolog. cap. 1. Dicitur autem *ἀμεταβάτως*, ut antè: sic & in proximo *foror civitas vestiebat.* quamobrem nihil muto.

Immemores etiam] ^F id est, etiam quum aliud agitis, & de pallio minimè cogitatis. *ἀμνημονέως*.

Et quidem] ^F alij libri, *Equidem*, non ineptè. Sed quid

si hoc modo legamus, *pallium tamen generaliter vestrum, immemores etiam denotatis* (& quidem haud miror) *pra documento superiore*: pro eo quod est, adèd vis magna est superioris illius documenti, quod à maioribus hausistis primùm, & adhuc apud vos vestigia seruat: etsi immemores illius estis, quod ego quidem haud miror. *nam & arietem, &c.* Sic anticipat obiectionem, quomodo ergo pallium obliuioni traditum? & ab exemplo arietis docet maiorum instituta non rarò obliuione sepeliri.

Laberius reciprocicornem] ^F Decimus Laberius eques Rom. mimographus, de quo Suetonius Iulio, cap. 39. Gellius, Macrobius, alij. *Reciprocicornem*, ἐλιζοκέρωτα. *Lanicutem*, εἰρόπουω Homerus dixit, alij εἰρότοκον. *Textitrahum*, ἐλλεσίπετρον. textum enim ἄπλοον. Ouidius, *Purpura nempe mihi, pretiosaque texta dabuntur*. Hoc malo ex mss. fide, quàm testitrahum, aut vestitrahum, aut textitrahum, aut (quod Crinitus lib. 19. de honesta discip. cap. 5.) trabitextum. Nec secus apud Nonium Marcellum legimus.

Sed trabes machina est] ^F νεοδόνι rectè, vt apud Vitruuiū legitur lib. 10. de architect. cap. 19. voce vnica, quam noster auctor imitatus. Nihil tam propriè potuit, quàm hic à Tertulliano dicitur, vt arietem Carthaginensium illum. priscum ab alijs distingueret. Nam primùm trabem machinam inuenerunt illi, id est, trabem solam, qua arietarent muros impulsa manibus militum: deinde impellendæ trabi machinæ adiecta instrumenta varia excogitauerunt; Pephafmenos Tyrius adiecit malum, id est, tignum atrectarium præcellsum instar mali, cui appensus aries vel trabes-machina libraretur in murum funibus prælongis reducendo atque impellendo: atque hic pensilis aries. Cetras Carchedonius (corruptè legitur Chalcedonius) arietem subrotatum fecit, qui de varis pendens itidem libraretur; tecto coriis bubulis ambitu, vt militi qui impellebat ipsum caueretur. Equum verò qui aries dicitur, ἑταρον δέρετον ἢ δρεγέτον, ἢ ἕσον Homèro dictum inuenit Epeus ad Troiam, cuius trabem machinam ipsi.

ipsi milites, qui intus erant, manibus sine libramento impellerent, vt scribit Plinius lib. 7. natur. hist. cap. 5. nihil ab auctoribus aliis dissentiens. Cetera ex Athenæo, Vitruuio, Iosepho, Pausania, Ammiano, & aliis Turnebus optimè in Aduersariis obseruauit lib. 7. cap. 20. & lib. 23. cap. 30. & lib. 29. cap. 18. Hanc verò trabem machinam Flauius Vegetius ipse quoque arietis nomine lib. 4. de re milit. cap. 14. denotauit. Post Hellenismus est, *muros frangere militat*, καὶ τὸ σπινθὸν τῆς λέγεται dictus, τοιχορθεῖν πολεμεῖ, pro quo Ciaconius legendum putabat, *frangere minit*, antiquè. Sic *nemini libratum*, ἐδενδὲ συμβαθέντα, pro eo quod est ἴσα ἐδενδς, à nemine.

Studiis asperrima belli] ^R Hemistichium est Virgilianum ex *Aeneidos* 1.

Armasse in oscillum penduli impetus] ^F εἰς αἰθέρα ὀπίσσω, armamentis instruxisse quæ arietem velut oscillata sustentarent pendulum, vnde in *muros* commodè fieret impetus libramento eius. Nam (vt antè ex Vitruuio diximus) Pephasmus Tyrius faber adiecit malum; Cetras addidit rotas, basin, tigna arrectaria, varas, tegmina ex coriis bubulis, &c. Fuit autè hic Cetras Carchedonius, id est, Carthaginienſis, istius armaturæ auctor. Est enim Carchedon καρθηδών, Carthago Græcis dicta, pro eo quod est Kar chadra, non Carthada, *quod Phœnicum more exprimit ciuitatem nouam*, vt ait Solinus cap. 30. Hinc Carchedonius Plauto, Plinio, aliis, pro Carthaginienſi dictus: & ita legendum apud Vitruuium lib. 10. de architect. ca. 19. Oscillum autem variè dicitur: nam aut deminutiuum est deriuatum ab ore, vt à tanto tantulum & tantillum, sic ab ore osculum & oscillum; vt apud Columellam lib. 2. cap. 10. aut est compositum. Huius ratio varia exponitur, auctore Festo. Santras ab eo deducit quòd os cilerent, id est, mouerent inclinantes in præceps caput: nam *cilere* vel *cillere*, τὸ κινεῖν, vnde *cilium*, *cillus*, *cinnus*, *furcille*, & similia. Cornificius ab eo quòd os celarent propter verecundiam qui eo genere utebantur lusus, quod oscillum vel oscillationem vocant. Alij ab *Oscis* populis

oscillum quasi obscenum dictum putant. Ego potius ab oscillando dictum putaverim ex præpositione ob (quæ inter componendum aut assumitur vt in *obscurus, obfines*; aut etiam deperdit *b*, vt in *ostendo, & oscitis legibus*) & verbo cillere, vel cilere (nam vtrumque promiscuè legitur) *πρὸς κινῆν*. Est autem oscillum aut res mouens, aut motus illius. In rebus numero sigillaria quæuis, & icunculas impudicè mouentes, de quibus Macrobius, itemque *πέδιλος & ἰσοπέδιλος* signa pudendorū quæ appendebantur apud Græcos Baccho, apud Rom. Latiani Ioui, & committebantur motu impudicissimo. Virgil. Georgic. 2. *Et te Bacche vocant per carmina læta, tibi que Oscilla ex alta suspendant mollia pinus*: postremò quicquid est ex alto pendulum. Ad motum, quem item oscillum siue oscillationem vocant, referimus impiam illam & impudicam agitationem hominum & suum corpus totum vibrantium & distendentium quàm turpissimè, & verò pudendas partes, quæ etiam oscilla ex eo dicebantur (nam hi impietatis artifices propter cæ *clones* dicti, probrosa in vulgus appellatione) tum exercitationem illam quam Græci *διωπαι* siue *διώγων* dixerunt, quum homines restem in aëre prehendentes se ipsi librent, ex illa cum agilitate corporis *διωγέμενοι*, vt Hesychius loquitur: tum denique omnem motum rei pendulae siue impetu factum, siue commodè & sine impetu; quam significationem hîc auctor obseruauit. ^p Eodem modo mundum ex axe pendentem elegantissimè *oscillum vniuersitatis* vocat Tertullianus infrâ lib. de anima, cap. 12.

De bile pecoris capite v.] ^f id est, ex arietis irati motu. hypallage periphrastica.

Vltimarent tempora p.] ^f *ἔργων ὅτις παρὰ τὸ ἔργον*. Hellenismus.

Ingenium] ^f rem ingenio factam & inuentam. Plinius Panegyrico, *exquisita ingenia cœnarum*. ^p Sequens autem versus a Virgilio est Aeneidos 3.

Sic denique pal.] ^f legendum, *Sic denique nec p. allium agnoscutur*; nempe hoc tempore, vt illo non fuit agnitus aries.

Deest

Deest nec, Pamelij culpa, an verò typographi? Rhenanus habuit, & expressit.

CAPVT II.

SIT nunc aliunde res] id est, transeamus ad alia argumenta, aliunde sumpta, nec Pœnos stringentia. Res, *σπαυμαρία*. Plautus Rud. *Iam repperi rem, quo pacto nec fur, nec socius fies.* Pœnicum pro Pœno, Hellenismus. Est autem hæc periodus in verbo *doleat* terminanda. Sic venit ad exempla mutationum communium, vt cap. I. distinximus, quum ait, *Cerrè habitum vertere, natura totius solenne munus est. fungitur, &c.*

Fungitur] nempe munere illo habitum vertendi. Caue enim cum Pamelio exponas, paulatim interit: quod etsi verum, non est tamen ad Tertulliani sensum. al. *stringitur*. Hoc autem membrum sic lege, *fungitur & ipse mundus interim, iste quem incumbimus.* *Interim*, id est, interdum, apud Tertullianum crebrò. Sic Quintiliano, aliis. *Sequentia, iste quem incumbimus* adduntur, quia de aliis præterea mundis fabulati sunt multi, de quibus deinceps. *Quem incumbimus*, Græca phrasis: vt Plautus Casio. *gladium faciam calcitram, Eumque incumbam.*

Anaximander] ^p de quo lib. I. adu. Marcion. cap. 13. & apud Theodoretum lib. 4. de Græc. affect. curation. ^f huic Democritus, Epicurus, Metrodorus assenti, Plutarcho teste. *Viderit autem, honesta est negandi formula.*

Apud Meropas] ^f nam his alterum mundum esse Silenus Phryx ille fabulabatur, apud Theopompum.

Vt Silenus penes a.] ^r Meminit & aduersus Hermogenem, cap. 25. & lib. de anima, cap. 2. *Blaine* autem vetus verbum est, inconditè & inaniter loqui significans, auctore Marcello. Vitur & Plautus Amphitruone. ^f scribendam vnico *t*, ex Plauto, & deriuatis *blatone*, *blareone*, *blatea*, *blaterare*, *blaterone*. Pòst lego, *aptas sanè grandioribus fabulas*, nimirum auribus grandioribus quàm fuerint Mida illius Phrygis ab omnibus celebrata.

Sed & si quem Pl.] ^F nempe ideam subsistentē mundi. Confutat Theodoretus, vbi antè.

Habeat necesse est proinde mutare] ^F Hellenismus. Proinde, perinde, vt apud Tullium sæpe. sic sequentibus verbis.

Substantiis officiisque] ^F Locus est ex philosophia sumptus. Nam quatuor sunt capita vniuersè (vt Aristoteles tradit) quæ à Physicis obseruantur in re quaque, *ἔστιά, δύναμις, ἔργα, πάθη*. Horum *ἔστιά* & *δύναμις* ad substantiam rei pertinent & in ea considerantur: illa verò *ἔργα* & *πάθη* continentur officiorum appellatione.

Si non vt mundus proinde diuersa in vnum, ex d.] ^F Lego, si non vt mundus proinde: diuersa, in vnum ex demutatione diuersa sunt: denique diuersitatis disc. Proinde, pariter, perinde, ac eodem modo planè. Dixerat ex diuersis substantiis officiisque constare mundum. Declarat iam ordine, de substantiis primùm, tum de officiis: quemadmodum pòst concludit, *mundus erit, omni qui & diuersitatibus corporatus, & vicibus temperatus. vbi al. temporatus.*

Nostra certè meratio] ^R Mundus hic sublunaris, in quo consistimus: à verbo *metari* ex re castrensi ducto. vnde & *metata* dicuntur Iurecos. hospitia: & *metatores*, qui præcedentes castris locum eligunt, vt Vegetius auctor est. ^F *Metatores, μετρηγοιδασαί*, Glossario. Hic autem primum ingreditur communium exemplorum locum, de mutatione vniuersitatis rerumque inanimatarum.

Homericis oculis] ^F id est, planè cæcis, ab Homeri poëta exemplo. Herodotus in Homeri vita.

Totum versiforme] ^F ὅλον τροποειδές, πολύτροπον, conuersionibus infestum, conuertens formam suam: vt & versipellis Plauto, & versicolor dicitur infrà cap. 3.

Sol stitionibus ann.] ^P Ita distinguendam hanc periodum rectè annotauit Latinius. *Deiicit quid*, in terras deorsum excreans, *resuscitat*, sursum efferens & rapiens ad se quodammodo. sic Plinius aliquoties lib. 2. nat. hist.

Sub

Sub diuo splendidus] ^F Legendum, *subdiuo*, vnica voce. Diuum, vel Diu, ἀσπαρὴ Glossario; & diurnum, sub czelo lumen clarum ἀπὸ τοῦ διὸς, Festo. Hinc subdium vel subdium, claritas dici summa, ἀσπεί ἀσπαρῆς ἡμέρας, nubilo opponitur. Quapropter Rhénanus sudo legendum olim putauerat, iudicium faciens ex oppositu contrarij, *nubilo sordidus*. *Missilia* Pamelius exponit fulgura; nos potiùs lapides missiles grandinis, sumpta translatione à more principum spargentium in vulgus missilia variarum rerum, vt Tranquillus in Caligula ait.

Substillum] ^P interpretatur Festus, quod ante pluuiam, vel post pluuiam est, non siccum, sed humidum, quod aut iam stillat, aut nondum stillare desinat. ^F Varro γῶδι σταυτὸν, non *substillum* à *palangis*, & ab *aratro* posses *astricam*? oro, numquid hoc mirius? Huic opponitur *sudum*, pro eo quod est *sedum*, sine vdo. *Se* enim antiquis sine, auctore Festo.

Flabris æquè m.] tum ventis, qui dicuntur ἀνεμοί, tum flatibus, qui πνοαί, vt scitè distinguunt Physici.

De tranquillo] ^F ἀπὸ γαλῶσις; de *flustris*, ἀπὸ μαλακίας. Festus, *flustra* dicuntur, quum in mari fluctus non mouentur: quam *Græci* μαλακίας vocant. quia his statur, id est, sistitur fluor. De *decumani*, ἀπὸ δὲκῶμοίς. ^R Decumani fluctus dicuntur magni: nam decimum quemque fluctum ferri maximū aiunt. ^F Latinius legebat, *de tranquillo pronum*, vt Virgil. *Aeneidos* 5. non placet. *probum* enim dicitur quasi prohibum, & auertens mala.

Temporatum vestiri amantem] ^F κατὰ καιρὸν ἀμφοτέρωθεν φορεῖσθαι. rectè, pro eo quod est solitam, ἐλλωσις. Propè *his*, eandem negare, Hellenismus.

Montium scapula] ^F ὄμοι. *Ebullire*, ἐπιπελάζειν, bullando erumpere. Persius satyra 2: *ô si Ebullit patris praclarum funus*: hic verò ebullare est bullare. desinere, & exarescere. *Obumbrando*, perempti inundationi obstruendo. Plinius lib. 23. natur. hist. cap. 1. *Dudum hoc fuit, quòd Homericæ illi Helena vinum ante cibum ministravit*. Sic quoque in prouerbiu cessit, *sapientiam*.

sapientiam vino obumbrari, id est, obtegi, obrui, obstrui. Latinius legebat, *obambulando*. Hæc autem ἐξωντικῶς.

Mutauit, & t.] ^R Sic dicit, *mutauit orbis*, sicut dicimus terra mouit, mutare verbum absolute ἢ ἀμεταβάτως de more vsurpando: sic aduersus Valentianos, & passim. ^F vt antè vestire, vertere, & similia. Et quid vetat quin ita accipiamus proxima illa, *quid? non aliud ex alio mutant?* ^P De conchis & buccinis Plinius lib. 9. *peregrinantur*, ἔπιζυγα.

Etiam ardua fluitasse] ^P lego, & in ardua fluitasse. Nam aquas & quæ vehuntur aquis, fluitare Latini dicunt; solum verò aut montes fluitare, nemo. Sed in ardua fluitauisse aquas negabat Plato, rem fabulosam putans, argumēto illius Deucalionici, vt cap. 40. Apologetici ostendit auctor: in campestria solum fluitauisse fatebatur.

Enatando rursus infima mut.] ^F al. *infirma. lege informis*, ἢ ἀμορφῶ, vna voce, ex mss. *Informis* pro *informi*, Tertullianicum; vt pòst *elinguns*, cap. 6. *Enatando* autem, ex aquis subsidentibus emergendo, vt Genes. 8. describitur. Pòst lege, *idem mutat & nunc localiter; habitus cum situ luditur*. quasi dicat, damnosæ & tristes mutationes nò rarè accidunt, atque detrimenta. Sed quid si, *luditur*? nam ludit etiamnum natura quodammodo simul in locorum situ, & habitu vel statu, qui antè fuerat, variando. Pliniana phrasis. Sic postea, *habitum orbis nouauere, situsque mouere*, quasi ludibunda natura mutationes efficeret.

Nulla iam Delos, harenæ S.] ^F lego, *Nulla iam Delos, Arene, Samos, & (si ille non mendax Aeon) in Atlant*. De Delo omnes, in primis Pausanias Arcadicis, & hic auctor Apolog. cap. 40. Quòd autem dicit, *Nulla iam Delos*, id comparatè opus est intelligi, nimirum præquam fuit olim. Starius Thebaid. 3. *ipsa tua Mycone Gyaroque reuelli Dele times*. De Arene & Samo Achaicis, quas alij ex Homero duas (quod omnino est probabilius) alij vnum & idem esse vulerunt, egerunt pluribus Strabo lib. 8. Geograph. & Pausanias lib. Eliacorum 1. Sequitur postea, & (si ille non mendax

dax in Timæo Platonis *Aeon*) in Atlantico *Libyam & Asiam* adequans queritur. Hic finis periodi. *Aeon* autem, id est, priscus ille mundus, & priscum seculum, quo auctore solum historiam illam Plato affirmavit. ^PMeminit Arnobius lib. 1. aduersus gentes, & Plinius lib. 2. nat. histor. cap. 60. ^FLego autem, *Libyam & Asiam*, quia hoc Platonis sententiæ conuenit, & auctoris nostri Apolog. cap. 40.

Italiae quondam latus] quod magna Græcia dicebatur vulgo.

Plaga discidij] ^Fhinc Rhegium dictum, ut exponit Æschylus apud Strabo. lib. 6. *παρὰ τὸ ῥήγυρξ*. Declarat Plinius lib. 3. natur. hist. cap. 8. *Ab hoc debiscendi argumento Rhegium Græci nomen dedere opido in margine Italia sito. In eo fretum est scopulus Scylla: item Charybdis mare vorticosum, ambo clara fauitia.* sic enim distinguendus locus, ex Mela lib. 2. cap. 7. dicente, *Siculum fretum angustum & anceps, alterno cursu modò in Thuscum, modò in Ionium pelagus persluit, atrox, sauum, & Scylla Charybdisque sæuis nominibus inclutum. Scylla saxum est, Charybdis mare, utrumque noxium appulsu.* Hoc plura Strabo lib. 6. Geographic. ad huius loci explicationem, & Virgilius Æneid. 3. elegantissimè.

Nomen vitij mari induit] ^FVaticani mss. *imbuis*, conuenientius naturæ liquidi elementi. Rectè nomen *vitij*: nam *χάρυδης ἢ ἀραινομένη θάλασσα*, quæ non exspuit, ut Scylla facit, sed deuorat, *χάσπον ῥύμβος*, vortex hiatu absorbens *ὡς χάσματι ῥύβδω ἀραιπύων*. Pòst lego, frustra ager est. *at vrbes retro, & populi frequentes; & solus aud.* Frustra est, fallit, frustratur sperantes fructum, ut Sallustius in Iugurtha. Præfenti verò conditioni opponit auctor præteritam, *at vrbes retro & populi frequentes*, id est, antea olim exstiterant qui audiebant, *& solus*, nimirum Lot iustus ac iustitiæ præco, *audiebat*, dehinc *ut Deus censor esset vindexque futurus*, Genes. 19. reliqui obsurduerunt in impietate sua. Nec illud Carrionis placet, *sol sua videbat*, quorsum enim? nec illud Latini, *& solum exaudiebat fertilitate*, ex Osee 2. et si excogitatum

bellissimé. Ego fidem librorum & historia sequor.

Impietas ignium m.] ^F lego, *impietas, ignium meruit imbres hæctenus Sodomis, & nulla G.* Sensus est, ex impietate euenisse, vt ignium imbres deciderent, quibus adhuc eo tempore Sodoma infestetur. Strabo lib. 16. *ὡςτε πιδέν τῶς ἐρρυλιμένοις ἐπὶ τῆς ἐγχερίων, ὡς ἀρα φηκοῦντο ποτε τρισυδέχα πύλαις ἐνταῦθα, ὧν ἡ μνηστοπέλεως Σοδὸμων σάζοιτο κύκλῳ ἐξήκοντά περυσίων.* Id tamen in transcurso necesse est obseruari, eundem hunc Asphaltiten lacum à Strabone Serbonidem appellari conuenientissimé. Dicitur enim Serbonis vel Sirbonis à voce Phœnicia Sarban, quæ significat rebellem (vt Origenes etiam interpretatur apud Eusebium lib. 6. hist. Eccles. cap. 25.) tamquam si dixeris, quod est rebellium. Hoc autem nomine duplex lacus dictus: vnus in finibus Ægypti, Arabiæ, atque Idumææ, quò Actifanes rex Æthiopum fugauit latrones & rebelleis omneis abscissis naribus, vnde Rhinocolura in eo dicta, vt refert Diodorus lib. 2. bibliothecæ: alter in finibus Iudææ amplior multo atq. celebrior, qui de nomine ἀσφάλτις siue bituminis Asphaltites dictus. Hunc Serbonidem hoc argumento vocauit Strabo. Postea nulla Gomorra, (vt paulo antè, nulla iam Delos) & cinis omnia, & propinquitās. (propinquus tractus & adiacens) *μαρῆς ἰuxta cum solo mortem bibit*: id est, æquè ac solum Gomorræ, cui superædificatum opidum: nam mare mortuum propterea dicitur. De Vulsiniis Plinius lib. 2. nat. hist. cap. 52. & Iulius Obsequens lib. de prodigiis testatur accidisse C. Valerio Flacco & M. Herennio Coss. anno ab v. c. 100. LX. de Pompeiis Tacitus lib. 15. annal. & Dio in Tito. ^R *Vulsinius deuista, erepta Pompeios:* figura Græca.

Sed absit] ^F non ἀπὸ δυνάμειδς, sed μεταβάσειδς, hic sermo est. Missam faciamus, inquit, iniuriam cœli: quid ingluuies soli? quam sæpe Asia, Africa semel saltem experta est. De Asiæ damnis Plinius lib. 2. nat. hist. cap. 86. Dio, Eusebius, Ammianus. In Africa Persarum castra, quæ Cambyfes in Ammonios impia auaritia pulsus immiserat, discedente terra & agge-

& aggestis per Austrum arenæ cumulis fuerunt obruta. auctor Herodotus in Thalia. *Ingluuius* ab inglubendo dicta.

Detrimenta] ^F deterentes casus, eleganter. Dixerat enim, *habitus cum situ leditur*. Sic locum hunc concludit eorum quæ patitur continens de cælo & de suo.

Ferme apud vos] ^F lege sine parenthesi, *ferme apud vos ultra stilus non solet*: *Affyriis, si fortè, cui historia patescunt*. Non solet stilus ultra recensere vices regnorum: solet ab Affyriis, si fortè, cui hist. p. Hæc Tertulliani *βεβηλολογία*. Cui pro cui repono ex mss. & postulat oppositio sequens, qui verò *diuinas* l. Illud autem, *si fortè*, singulis ferme paginis in Tertulliano legitur. Cicero 3. de orat. *vereor ne nihil sim tui nisi suppflosionem pedis imitatus, & pauca quadam verba, & aliquem, si fortè, metum*. Post verbum *patescunt*, notetur *καλον*, in *compotes sumus* periodus terminetur. *Compotes sumus*, inquit, veræ historiae.

Mare diluit] ^F lego, *mare deluit*, vt Cato & Varro loquuti sunt: & inde deluuium in Glossario dictum.

Cælum texit] ^F Ciaconius, *calum adusit*. Non malè, *texit*, dicebat enim antè, *ex huiuscemodi nubilo & Tuscia Vuls*. Post lege, *versura compensatò redit*. sensus est, tamquam si versuram fecissent illa à nobis, redit eadem ad nos & restituitur, cum scœnore. Nihil itaque muto, quòd si quid mutari oporteret, magis dicturus essem, *versuram compensatò reddit*.

Primitus maiore ambitu] ^F Latinius, *primitiis maiorem ambitum*. sic maiorem partem dixit Cicero. lege, *primitus maiorem ambitum*. ^R Figura Græca, hoc est, secundum maiorem ambitum. ^F Post lego, *scubi aliqua gens occuparat sibimet soli erat*. nimirum ipsi. Hellenismus.

Stipantem copiam] ^F quasi fartim sese condensantem, præ multitudine: *deserentem*, quasi serentem atque spargentem huc illuc de copia sua. Elegans antithesis.

Runcare atque ruspere] ^F Runcare, amouere quæ copia stipante obruerent; ruspere, quarere quæ copia deserente vacarent. Præsignis allegoria. A ruendo ruina. Varro

Parmenone, *alius teneram abietem runis solo percellit.* à runa runca, pro runica: hinc runcare verbum, & runcina *ῥοῦδος ἐπιρῥον* Plinio. Ruspate, ruendo sipare vel supare ad rem peruestigandam. Est autem sipare vel supare, iacere Festo: unde supus, supinus, dissipare, insipare, obsipare, profapia, & similia. A ruspando ruspinari dictum, *τὸ χειροτελεῖν*, Glossario. *Per ubique orbis*, Hellenismus, *εἰς τὰ πανταχῆ ἢ διευκρίνεις.*

Scythæ exuberant in Persas] ^F lege cum Rhenano ex mss. fide, *exuberant Persas.* Nam & significatione transiitua est. Columella lib. 9. cap. 4. *qua herba fauorum ceras exuberant.* Quod autem in mss. est *Maschita*, factum est frequente librarium vitio, finem proximè præcedentis vocis inscitè repetentium. De Scythis exuberantibus Berossus apud Iosephum, Herodorus, Diodorus Siculus, Eusebius, ex Jerem. 49. & Ezech. 32. & 38. & 39. De Phœnicibus Herodorus, Diodorus, Iustinus, alij.

In Ægyptum educatur] ^F lego *adducitur* ex ms. & iubet membrum sequens, *quum inde transducitur.* Pòst legendum, *Herculea posteritas, qui à Temeno, pariter Peloponesum oc.* ex Pausania in Corinthiacis, *ὅτι ἢ παλαιῶ τότε κρηῖον ἐς πελοπόννησον ἠεργλείδαι, τήν τε ἢ κρησφόντης ἀεισομάχης, &c.* itemque lib. de anima, cap. 30. (qui locus est cum hoc comparandus) legendum, *ut Temenidæ Peloponesum.* De Ionibus migrantibus Nileo duce, idem Pausanias multa in Achaicis. ^P De Corinthiis colonis cum Archia vide Diodorum Siculum, & Hubertum Goltzium in Sicilia sua. ^F Versus Apollinis Delphici coloniam Syracusas ablegantis, apud Pausaniam exstant Eliacorum 1.

Vanum iam ant.] ^F Hellenismus, *μάταρον δὴ ἀρχαϊότης.* *ut Maro, triste lupus stabulis.*

Præsentis imperij triplex virtus] ^F Septimij Seueri Imperatoris, Antonini eius filij, & Cl. Albini Caesarum: nam Pescennius Niger antè fuerat occisus quàm hæc scriberentur, *ut clamant sequentia.* ^R Hinc colligimus librum ad Scapulam post hunc fuisse editum. Nam illic Albinianorum, & Nigria-

Nigrianorum, ac Cassianorum meminit. ^P De Apologetico eadem ratio. *Quot census transc.* iuris Rom. Latini, Italici, sociorum federatarum, prouincialium, &c. *Quot ordines,* officiorum, atque dignitatum. Cætera plana.

Et cacto & rubo] ^F lege, *exacto & rubo*, id est, cieto, exterminato. nam quid ad hæc cactus? quo auctore? qua specie? *Pomaria Alcinoi* regis in Corcyra celebrant Homerus Odyss. 7. Virgilius, Ouidius, Statius, Plinius lib. 19. natur. hist. cap. 4. Iustinus martyr. De *roseto Mida* non in Phrygia, sed in Macedonia sito, Herodotus in Vrania. ^P in quo rosas centenarias vel centifolias fuisse narrat auctor lib. de corona milit. cap. 14. ^F Pòst *denotare* criminari est, & de mutatione notare. Sic Pomponius Iurecos. l. turpia 54. de legatis 1. Atque his verbis concludit locum à rerum inanimatarum exemplo.

CAPVT III.

ET quidem de cataclitis] ^F lege, & quidem *cataclitis*. Irrepsit de ex fine antecedentis vocabuli inscientia librariorum. Pauenum collo, inquit, est color depressior, id est, surdior, nigrans quodammodo, & minus lucidus quàm sic cataclitis, id est, accubitis, siue iis stragulis vestibibus & peristromatis quæ cataclita & lectos accumbentium in tricliniis & anaclinteriis siue accubationibus (vt Spartianus in Elagabalo vocat) vestiunt. Hæc enim summè saturo colore, velut dibapho, & obscuro instruuntur; non dilutis coloribus, quæ eluerentur facillimè. demonstrant sequentia, *imò omni conchylio depressior*. Pro veste paulò antè, id est, prout vestiuntur *Patagium* autem, inquit Festus, est quod ad summam tunicam ad sui solet, quæ & patagjata dicitur: siue (vt Nonius) aureus clauus, qui pretiosis vestibus immitti solet. Vnde *Patagiarj*, Festo, qui eiusmodi opera faciunt. Ducitur à *Græcè πτερυγος*, quo morbi genere percussi homines moriuntur nullum indicium reliquentes aliud in corpore quàm exiguos nævulos ac velut clauorum notas. A percutiendo dicitur illis, vt Gallis à tangendo. *tae.*

Verficolor] ^F colores vertens & varians, vt cap. 2. diximus. Conferendus Plin. lib. 10. nat. hist. cap. 20.

Serpens] siue anguis communis, siue etiam draco Ouid. Metamorph. 7.

In angusta se stipat] ^F mss. sequor missa coniectura Latinij, in angustias stipat. Similiterque postea, nouus explicat. Est enim auctor perpetuus in Verbis *ἀνετηλόντος* abutendis.

Anni recurantur] ^F anni *recurantur*, ex mss. alij: vt *cura recurat*, Virgil. *Æneid.* 1. & 12. et si illud non moueo: nam & auctori frequentatum. De hyæna negat Aristoteles lib. 6. de historia animal. cap. 32. probant alij, *Ælianus*, Plinius lib. 8. cap. 30. & huic indigenæ auctori credo.

Veneno languescit in iuu.] ^F legendum, *longiscit in iuuentutem*. Ennius apud Nonium lib. 17. annal. *neque corpora firma Longiscunt quicquam*. idem, *Quom sol. est eadem faciunt longiscere longé*. Sequentia verba alludunt ad Amphionis Pacuiani verba, quæ exstant apud Ciceronem lib. 2. de diuinatione, & Crinitum lib. 11. de honesta disciplina cap. 7. sed *putas* legendum *ἐρωτηματικῶς*. Capit, *δὲ ζῆτι.* *Opidd*, & opidum scribendum vnico *p*, M. Tullio, & M. Varrone testibus. est enim ab ope dictum.

Audaciam & Græciam nominis] ^F Lego cum Latino, *audaciam egregiam nominis*. al. *Graci iam nominis*. Turnebus, & *gratiam nominis*. ^F De chamaleonte videndum apud Plinium lib. 8. nat. hist. cap. 33. & in epistola Theodorici Ostrogothi ad Abundantium, ^F ex Aristotele lib. 2. de hist. anim. cap. 11. vbi omnium optimè modus illius exponitur.

Qui minutionibus multo licet. cham.] ^F Lego, *qui minutionibus multo licet chamaleonte*; *pellicula viuit*: euidente sensu. nam & minutionibus animalculis succus est. Tum *capitulum statim à dorso* (nam deficit *ceruix*) itaque d.

Circumspectu emiss.] ^F alludit ad verba Plauti Anul. *Circumspectatrix cum oculis emissiuis*. *Luminis puncta*, eleganter: nam oculi pelle sunt continente obiecti, nisi quod punctum

punctum est & foramen perexiguum, quo peruidet, mouente cure ad motum oculi. Aristoteles, *φέρει ἢ τὸν ὀφθαλμὸν κύκλω, ἢ τὴν ὄψιν ὅπῃ πάντας τὰς τόπους μεταβάλλει*. Hoc vertiginare dicitur. Pòst, *vix à terra suspendit, molitur incessum*, ex mss. nam vox incessus *ἐπὶ κοινῆ* ad verbum vtrumque pertinet. Grauitas ergo istius animalculi grauissimè describitur.

Et promouet] ^F Ciaconius legit, *nec promouet*: minimè malè: etsi nihil muto. ^P Pòst rectè *indefectus*, pro eo quod legitur vulgo *indefessus*. Còtrario enim sensu auctor adiectiua voce *defectus* non semel vitur. Exempli gratia, lib. de uelud. virgin. cap. 8. *Ἐ nulla sui parte defectum*. ^F Defectus, *Ἐπορευθεὶς*, Glossario.

Follicans ruminat, de vento cibus.] ^F Lego, *follicans ruminat de vento cibus*. A nomine follis folleo; à follex (quod idem est) follico. ^R Hieronymus ad Eustochium, *omnis hīs cura de vēstibus, si bene oleant, si pes lixa pelle non folleat*. Ibidem, *Apud hos affectata sunt omnia, laxa manica, caliga follicantes, vēstis crassior, crebra suspiria*. Sic & Ambrosius loquitur, ^F pro eo quod est rumentes. Sed quid si interpreteris concipiens folle & continens? est enim palea bobus quidam quasi follis, siue *θύλακ*, in quo à ruminantibus conduntur cibi. Equidem hoc malim: nam etiam ab hac origine follicularis vita apud Festum appellata. & quid aliud chameleon, quàm uiuens pellicula? ut auctor loquutus est. Alij *stillicans*, malè: scriptum est, *fullicans*. ^P Proverbium autem illud, *de corio suo ludere*, traditur (inquit Crinitus de honesta disciplina lib. 18. cap. ultimo) de iis hominibus qui ad omnia commodè aptissimeque se habent: quod in Atheniensem illum Alcibiadem relatum est versutum atque versipellem virum.

Multa dicendum fuit] ^F *πολλὰ εἰρητέον*. Hellenismus. *Præstructim*, via præstructa, præparata, atque præmunita: eleganter dictum.

Quoquo prim.] ^F siue à Deo, ut nos ex Scripturis discimas; siue à Deucalione, ut poëta; siue à Ioue, ut philosophi. Fi-

phi. Figulo suo, τὸ πλάσσει αὐτὰ, Deo. Pōst fortè, *indebitum ad-
huc pudori fuerat.*

Quippe deliquerat, pell.] ^F euidentiùs foret παρρησί-
τως (*quippe deliquerat*) pellitus orbi, vt metallo, datur. id est, dam-
natus laboribus molestissimis, velut fodinæ metallica: nam
pellibus plurimùm, vt aurifices, teguntur metallarij.

Sed arcana i.] ^F nempe ex abdito sinu Scripturæ sum-
pta. Quapropter sequitur, *Cedo iam de vestro, Ægyptiorum,
Græcorumque gentilium penuario scilicet.*

Et Alexander digerit, & Afer i.] ^F Lego, & *Alexan-
der digerit: vt mater legit ea, r.* fide mss. ^P Alexandrum Po-
lyhystorem intelligit, ^F quem Iustinus martyr ἐν ποσειδημονίῳ,
Clemens Alexandrin. Stromat. 1. & 3. Cyrillus contra Iulia-
num, & alij adduxerunt. Sequentia verò denotant Isidem,
quæ mater Deum & magna mater, & κατ' ἐξοχὴν mater ab-
solutè dicta. Hæc enim legit, id est, attentè obseruauit exce-
pitque ea quæ aduentu Hammonis pecuarij ad Osiridem
virum suum à Mercurio didicerat (Sic *legere sermonem* dice-
bat Plautus in Pseudolo) in iis verò texturam & lanificium,
vt narratur sequentibus. Hinc illa apud Diodorum Siculum
lib. 1. celebris columnæ inscriptio, *Ego Isis sum Ægypti regina,
à Mercurio erudita, &c.* Videndus Eusebius in Chron. & lib. 2.
& 3. de præparat. Euang. Sunt autem hi duo senarij ex ali-
quo poëta (Ennium opinor Euhemerij interpretem) *Mater
legit ea, tempestate Osiridis, Qua ad illum ex Libya Hammon va-
sit diues ouium.*

Mollitie delectatū, diglubasse oueculam] ^F Lego,
mollitie delectatum diglubasse oueculam. Turnebus, *delibasse:*
Latinius, *delibrasse:* al. *dilabasse:* al. *deglubisse.* Verùm hoc pel-
lem animalis trahere significat, auctore Festo: vnde illud Ti-
berij, *Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere,* apud Sueto-
nium. Illud omnino melius. Pōst lege, *filum elicuisse,* pro
eliquasse. Lax enim propriè filum, figuratè fraus Festo, vel
consutus dolus. Hinc laqueus, lacio, licium, & coniugata om-
nia. Eiusmodi est istud *elicere,* licium nendo educere. Vsq̄ue
aded

adedò hic noster κλειρακτεῖ. Dicuntur autem hæc omnia à Phœnicio verbo, quod est torquere: vnde *Mahkuta* rem tortam vocant, & colum Arabes *alakata*, à quibus Græcum ἡλακᾶτη nomen, & similia.

Philyra tenui vinxerat] ^F lego, *philyra tenuis iunxerat*, id est, cuius vestis materia (non lorum aut vinculum solùm) fuerat tenuis philyra inartificiose iuncta spinis ad commoditatem tegminis, donec lanificium Mercurius docuisset; qua de re Plinius lib. 7. nat. hist. cap. 56. erant enim vestium plagæ ex philyra, eas vinciebat spinus, vt Diodorus auctor: ex quo Hebræis & Phœnicibus aciculæ communi spinarum nomine appellantur. Sed vos, Græci & Græcorum discipuli. Pòst periodum termina in voce *officina*. Hinc noua comprehensio; *Exinde materia: nec de o. &c.* De his autem lanarum generibus consulendus Plinius lib. 8. nat. hist. cap. 48. Milesiæ pretiosæ: Virgil. Georg. 3. & 4. *Selgicis* nomen est à Selga Pamphylæ inter Galatiam & Cappadociam opido luxus perditissimi, vnde Græci ἐπιλυγῆς dixerunt, Vlpiano teste, & Selgiticum oleum neruis vtile, cuius veteres meminerunt. Hæ autem sunt rutili coloris, quas Erythræas vocant. De Altinatibus Martialis Apophor. & Columell. lib. 7. cap. 2. De Bæticis & Tarentinis suæ pulliginis, Plinius ibid.

Sed quoniam arb.] ^F lege, *sed quâ iam & arb. al. sed quâ iam & arb.* vt vidit etiam notauitque Latinius. Antè legendum, *quîs*, vel *queis Tarentum*, vt Pamelius annotauit. *Pangere* arbuta, *serere* linum.

Nam & de mari vell.] ^F Afrum lubam sequitur Afer. Plin. lib. 9. natur. hist. cap. 35. *Namque & luba tradit Arabicu concham esse similem pectini insecto, hirsutam echinorû modo, &c.* Non enim de colore hîc agitur, sed de materia vestium, vt adiuncta omnia docent.

Prorsus haud latet] ^F Totam hanc periodum sic lego, sensu manifesto: *Prorsus haud latet, bombycem (vermiculi genus est) quæ per aërem aliquando araneorum more scopis idoneis distendit, dehinc deuorat, mox aqua reddere, proinde si necaueris: ani-*

matâ, iam stamina volues. proximè mss. Bombyx enim illa, *araneorum more distendit scopis*, id est, scopionibus, pediculis siue petiolis & fibris foliorum (hos enim Varro scopos, Cato & Columella scopiones vocant) seipsam affigit & distendit nidulans *idoneis*, non autem quibusvis, sed ad serici confectio- nem & pabulum ipsarum commodis: *dehinc deuorat* sco- piones & folia, eisque pascitur. Hanc igitur bombycem quæ ita natura duce in calidioribus regionibus siluescit, *pro- fus haud latet*, iam artifices omnes didicerunt, *aqua reddere*, id est, in aqua statuere, non secus quàm *si necaueris*: eâ verò in hunc modum *animatâ*, id est, adducta per humorem aquæ ut fila sua diuidat explicetque, *iam stamina volues*, quæ ex aqua excernit bombyx, & diuidit vltro, ut sese ab aqua libe- ret. Hæc germana lectio sententiaque loci, & consensione auctorum & communi artificum experientia confirmata, qui quidem in oris versantur calidioribus. Demonstrat hoc Pli- nius lib. 11. nat. hist. cap. 23. & naturam & artem describens diligentissimè: quam sua ætate diligentius Tertullianus ob- seruauit. Nam aliter se habet natura per se in regionibus æstuantibus, aliter iuuat ars. Natura duce aquam tandem excernit, ut sericum suum diuidant ad aliud pensum transi- turæ: ars verò opus accelerat, ut antè reddantur aquæ in ace- tabulis, quàm ipsæ reddant & eiiciant aquam. Quam rem non obscurè Plinius annotauit dicens, *Quæ verò cepta sint la- nificia, humore lentescere: mox in fila tenuari unceo suso*. Nam in aqua simul sunt, simul animantur ut opus suum explicent, quod nondum forent explicaturæ. Aliquando legebam *sco- pionibus se dist.* sed illud propius scripturam mss. est. Latinius vidit, non effugit difficultatem, quum legeret, *proinde se necat, exinanit a iam stamine aluo*. Illud autem, *iam stamina volues*, est ab aliquo poëta acrostichium. Consulatur de re tota Plinius eo quem dixi loco: non enim hic de Assyria, sed de Coa & communi bombyce agitur. Quæ sequuntur (ut Rhenanus annotat) propria fermè Tertulliani sunt: *paratura* pro instru- mento accurato, siue paratu atque apparatu: *vestificina* pro vestiariis

vestiariis sartoribusque. *promulgare*, pro in vulgus edere & communicare cum multis, quasi promulicare, & per synopen promulgare, quemadmodum & mulgare dicebat Plautus in Cistellaria: *gentilitus*, id est, à gentibus particularibus: *incommunes*, pro eo quod est particulares: vt post indubius, cap. 4. *inhabitari*, forte inhabituari, vestimento esse, indui: *passuitus*, passim, & apud omnes promiscuè: à pandendo passus, passiuus, &c. *viles*, quæ in vsu sunt. Sic vbiq; alia.

Cum voce vestis] nam vox pallij (vt auctori placet) ex magna Græcia in Latium transiit, *παλὸν τὸ πάλαιον*. Et si aliis placet à palàm: quod est à verbo obsoleto palo: cui contrarium celo, vnde clam & calim ex Festo olim.

Iuridicinæ suæ in tempore] ^F id est, quum ius diceret. Humero autem exserto esse palliati commodè possunt, togati minimè. Hoc ille Cato maior in Hispania creditur admisisse, quum Præturam in ea gereret; vt innuere videtur Valerius Max. lib. 4. cap. 3. quod exemplum Afer commodè ex propinquo adducebat.

CAPVT IIII.

QVID nunc? si est Romanitas o.] ^F Legendum, *Quid nunc? si & Romanitas omnis, alia nec vestis; tamen admodum Græci estis: aut, ni ita est, vnde gentium in p. &c.* Iam de mutationibus humanis, primùm virorum, deinde mulierum. Sensus est *καὶ συγχωρησον*, si Romani ritus in Africa obtinent omnes, ipsamque adeo Carthaginem intrauerunt, vtdem inquam, vobis ne aliam quidem nunc vestem ac Romanis esse, tamen admodum à Græcis habetis multa: quod si negatis ita esse, & vnde, quæso, sunt illa gymnasmata athletarum quæ enumerantur, & alia quam plurima? Omnino aut ex MSS. Vaticanis & Rhenani exemplaribus seruari necesse est. Quod sicuti magis legi placuerit, *aut ne ita est*, per me licet. *Latinius, nec vestis tantum? admodum Græci estis: annon ita est?* ex coniectura, longiùs à MSS. fide.

Agro potius eluct.] ^F quam ludicro, *ἀγροπάλαιον*, id est, labori

labori iusto. *Studia palaestra malè senescencia exponit* Cæsar apud Lucanum lib. 7. *Gravis delecta iuuentus Gymnasia aderit, studioque ignava palaestra, Et vix arma ferens.* Pòst lusea vñdio est ex oleo Selgitico, aut etiam picino, coloris fulpi, neruis perutili, Plin. lib. 15. nat. hist. cap. 7. *Pulverea volutatio*, aspersio diapsimatum, quæ & xeria appellantur. *Arida saginatio*, num (inquit Plinius lib. 12. cap. vlt.) *augescunt corpora dulcibus atque pinguibus & potu; minuuntur siccis & aridis, frigidisque ac siccis* hi enim athleticæ accurationis modi.

Etiam equis cæli.]^F id est, qui iam olim non modò suam cæsariem, sed & equorum suorum iubas velut cæsariem accurauerunt diligentissimè.

Iuxta cutem tonsor.]^F quem Festus rasorem vocat. Id enim iuxta cutem, vel ad cutem tondere est. Post *immunis, ἀνεπαφῶς* Glossario, intactus. q. d. vnde est quòd ipsi Numidæ raduatur, præterquàm in summo vertice? ^P De sex autem crinium tollendorum modis legendus Adrianus Iunius comm. De coma, cap. 2.

Hirtos & hirs.] vt sunt Afræ gentes. *Resina* autem & *volsella*, alipilorù seu alipilariorum, *σποτανιστῶν*, instrumenta.

Græcatim depallari m.]^F lego, *Græcatim? depilari magis quàm amiciri?* Latinius tamen reponit *depalari*, unica l, non gemina. Sententia non obscura, si ad præcedentia respexeris. Quid Libyæ & Europæ, inquit, cum Asianis illis mundiciis capilli amouendi, si vestibus vtuntur suis? & vtrum, obsecro, Asianum magis est siue Græcanicum, pilum, aut vestem curare Asiaticè?

Et religionem Dei: conf.]^P Lego, & religionem Dei, debet consuetudo fidem tempori, natura Deo: quod optimè vidit Latinius. Sed verbum debet in principio sententiæ colloco, quod ex concursu nominis Dei fugisse videtur librariorum. Pòst *Larissaus Heros*, Achilles, atque hoc primum mutationis exemplam ex necessitate aliqua.

Vnde & nominis consilium]^F Lego hoc membrum *καταρῆτος*, ad euideniam, vnde & nominis consilium, &c. Consilium,

ciliam, compositio vel compositura & coagmentatio. Lucretius lib. I. *Corpora sunt, porro partim primordia rerum, Partium concilio qua constant principiorum.* Est enim compositum Achilli nomen, ut scribit Euphorion, ἐς ὀδίῳ χλοῖο κατὰ τὴν πέμπτην ἀπαισος ἢ ὄννευα. μωρεῖδ' ὄντες μὲν ἀχλλέα φημῖξάντο. quod lac muliebre non gustasset, sed medullis ceruorum à Chirone educatus esset. Pòst alij, *vacauerat. Rupicem, ἀρχοικον*, ut pòst hoc ipso cap. *Monstrorum, Centaurorum, Lapitharumque.*

Scrupea schola] ^R hoc est, saxea. Antrum Chironis intelligit. ^F Quid si *δεισδαιμονείας πλῆθην* intelligas, quæ & religione instructa sit, & religionem accedentibus adferat? Nam profectò scrupeus nusquam pro saxeo legitur, pro religioso & scrupulum iniiciente eleganter. Attius, *reiciis à te religionem: scrupea imponas.* Virgilius Æneidos 6. *Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatus, Scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris.* Erat autem religiosa (ut illi fabulantur) deorum schola, in qua Æsculapius, Achilles, Centauri instituti.

Feras in puero matris soll.] ^P Legendum, *Feras in puero, matris sollicitudinem pati: at certè iam ut striculus, certè iam virum al.* Tolerabile est, inquit, in puero, si hoc etiam modo acquiescat matris sollicitudini, legemque patiatur illius: sed grandiore indignum; primum ut est striculus; secundò (& eo magis) vbi iam virum alicuius clanculo functus, puella grauidata: nam Deidamiam vitiauerat in Chironia schola. *Striculus* autem (ut doctissimè Turnebus monuit) puer grandior appellatur, à stricta quadam corporis soliditate & duritie. Arnobius lib. 5. *facit sumere habitum puriotem, & in speciem laugari nondum duri atque striculi pusionis* nempe à stringendo: quemadmodum eadem ratione dicitur strix Latinis auctoribus, rerum collectarum & constriatarum series, ut striges sceni vocabat Columella: & strigore tradit Festus positos in Nerei carmine, non pro strigolis solum atque macilentis, quorum corpora præ macie strigibus abundant, id est, cauis (hi enim à strigibus dicuntur Græcè

origine) verum etiam pro denarum virium hominibus; ut quum dicitur, *strigores exerciti*, à stringendo. Pòst distingue, *statua seruat planè. postea miles est: necessitas enim r. &c.* id est, vis naturæ necessitatem adferens latitanti.

De proelio sonuerat] ^F citharædus ab Vlyssè submissus, & narratio eius aureis Achillis verberauerat. *nec arma longè*: nam ea proiecit Vlysses in medium puellarum chorum, ut ex eo signo Achillem recognosceret. At quàm grauius paulo ante illud? *aurem feratu effeminatus*. Respicit ad vulgatum illud dictum Lucilij, *nequam aurum est, aureis quod vi vehementius ambit*. De quo consulendus Festus.

Ipsam, inquit, ferrum v.] ^F Liuius Andronicus in Odyssæa, *ipsum namque virum ferrum attrahit*. ^F Homeri hemistichium Odyss. π. αὐτὸς γὰρ ἐφέλασται ἄνδρα σίδηρον. ^F *Fæminam* autem & coniugata omnia seribo per æ, à factus ministerio. Pòst lege, *monstrum, & quidem geminum*, ex Latino.

Scytalosagittipelliger] ^F ὁ σκυτάλοτοξοδερματοφῶς, Herculis epitheton (ut auctor nominat) more Græco licenter compositum. Est autem σκυτάλη, τύμπαρον ἢ κορύνη, claua. *Compenfare*, commutare, velut ἀντελλογῶντα. Est enim Iurecoss. ἀντελλογῶν, teste Glossario. Atque hoc secundum mutationis in viro genus, causa libidinis: cuius exempla plura.

Lydiæ clanculariæ] ^F Lego, *Lyda clancularia*, id est, Omphala. Est autem clancularia, singularis amasia, regens clamculo amatorem suum & iustæ vxori eripiens. Contrarium, profeda, siue prostibula olim dicta. *Prostitui*, προστάτω. vnde prostitutor, προστάτωρ, leno, in lib. de cultu fœm. Hic autem ordine auctor aliquot Herculis certamina enumerat ab omnibus celebrata: primum Diomedis Thracis, cuius stabula fuerunt Tinda, Plin. lib. 4. cap. 11. Busiridis Ægyptij secundum: tertium Geryonis Iberi (ut Silius vocat) tricorporis: quartum Hydræ: quintum Centaurorum Lapitharumque: sextum leonis Nemezi.

Vnguentis offenderetur] ^F Ciaconius legit offunderetur. illud magis probem: nam præcedit metaphoricum *malebat*.

bat. Hæc autem Herculis *ἄεθλα* peruulgata sunt. *Pumice speculi*, id est, speculo læuissimo ac politissimo: hypallage, pro eo quod est, pumicato, metaphoricè. Pòst Rhenanus optimè, *aut telino*: quod vnguentum describit Plinius lib. 13. nat. hist. cap. 1. dictum à Telo vna ex Sporadibus insula, quam Callimachus Agathussam appellauit. *Spero, confido*. Cicero Attico, *spero tibi me causam probasse*.

Stiria leonina] ^F Pamelius *sciria* pro scirrho, nouè. Sanè stiria conuenit *μεταφορικῶς*. vt enim aqua frigore concreta pendet, sic coalescentes pili in leonum iuba. Pòst lege, *biatus crinibus infarsus genuinos inter antiis adumbratus, tota oris circummelia rugiret, si posset*. Nemea c. Infarsus pro infartus, Tertullianicum. *Genuinos inter*, anastrophe. ^R Antie, capilli anteriores de fronte pendentes, Festo. ^F *Rugiret, si posset*, Africana est temporis enallage, pro eo quod est, rugiuisset si potuisset. Nemea autem scribendum, non Nemea, *Νεμεία*. Straboni lib. 8. quum de vrbe aut silua Achaie celebrata dicitur, vt hîc. *Loci genius*, rectè: nam *genium esse putauerunt vniuscuiusque loci Deum*, vt exponit Festus.

Intheristiro Omph.] ^R Theristrum est *θεριστήριον*, æstiuæ vestis, cuius meminit Iulius Pollux lib. 7. Hieronymus comment. in Esaiam, *Habent, inquit, mulieres & theristira, quæ nos palhola possumus appellare; quibus obuoluta est & Rebecca, & hodie quoque Arabia & Mesopotamia operiuntur feminae: quæ dicuntur Græcè *ἑσπερα*, ab eo quoddam *ἑσπερ*, hoc est, in æstate à caumate corpora protegant feminarum*. ^F Sic legendum. Contrarium *χεμαῖς*, ἢ *χεμαστον*. Huic autem opponit Tertullianus *scortum, σκῆπτρον*, Leonis pellem. *Designata, φανερωδῆσθαι*, Glossarium.

Sed & qui arte Tirynthium] ^F lego, *sed & qui ante Tirynthium accesserit*, id est, qui Herculem facile superauerit mollicie: ex Vaticanis. De hoc videndus Strabo lib. 14. Magnus fuit hic; Hercules verò Tirynthias. Sic scribendum *ἔσθ' ἢ τῆσιν* Argiuo opido.

Inter eutem cæsus] ^F lege *intercutem cæsus*, vnica voce:

voce: qui idem intercutem flagitatus, id est, flagitium passus horrendum natura prapostera; sed casus dicitur grauius. Sic intercutibus stupris obstinatis dicebat Cato: & intercutiri veteribus, auctore Festo. His opponuntur intercutem flagitantes, portentosi homines, qui vna voce fullones nuncupati, nefandæ obscenitatis artifices: vnde puer apud Plautum in Pseud. Scena *Quoi seruitutem dii*, sibi potandum dicit fructum fullonium, fœditissimam patientiam significans, inquit Turnebus. Atque hoc impudico nomine Comœdiam quamdam inscripsit Novius Atellanarius spurcissimam omnium; vnde Nouiani fullones Tertulliano dicti: & ita legendum apud Macrobium lib. 1. Saturn. cap. 10. Similiter & Lentulus mimographus (cuius mentio est Apolog. cap. 15.) fabulam impurissimam edidit, quam inscripsit *Catinenses*, de nomine Catinæ urbis in Sicilia, quæ à mollicie audiebat pessimè. Iuuenalis saty. 8. *Si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum*. Quamobrem legendum, *Catimensibus*. De masculo fluxisset, ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ ἐξέρρη.

Sicut fastigia cæstum v.]^F Repono lectionem antiquam, sicut vestigia cæstum viriâ occupauit, ita & endromidis solocem aliqua multicia synthesi extersit. pro extrusit. Cleomachus pugil, inquit, vestigia cæstum, quibus pugnans Olympia vicerat, occupauit viriâ, id est, vbi amenta fuerant cæstus vestigia sua manibus eius imprimentes, ibi collocauit viriam. Est autem viria κλάδιον, ψέλιον, ἢ χρινικὸς Glossario, & viriola περχέων Iurecoss. non à colore viridi, vt quibusdam visum; sed à vira, id est, fœmina olim nomen ducens. Nam vt à viro virilis, sic à vira fit adiectiuum virius; & inde viria, περχέων γυμνασίων, quem effœminatam planè ornatum Cleomachus manibus induebat. ^R Endromis, vestis hirsuta longiore villo, qua ἐν δρόμῳ, id est, in cursu utebantur. ^F Solox, vel solox lana (nam alioquin adiectiuum nomen est Tittinnio atque Lucilio) ἔειον παχὺ, lana crassa & pinguis Festo, cuius pingue hic pugil multicia synthesi dicitur extersisse luxuriante mollicie. Nam synthesis lautissimus ditiorum orna-

tus appellatur varietate materia, artificij, aut colorum instructissimus ad ostentationem comparatus. *Multicia* verò λεπιβία Θ ἢ ἀκελῶς ὑφασμένη leuidensi opponitur, quam multoties in texendo pecten solet icere; vt contra leuidense est quod raro dente leuiterque icitur. Hinc secunda producta est. Iuuenalis Satyra 2. *quaro an deceant multicia testem.*

Physonem & Sardanapalū tacendum est]^F Hellenismus, vt supra, *multa dicendum*, cap. 3. Et illud, *insignes libidinum*, ἀσκληριῶν ἐπίσημοι, Hellenismus alter. Est autem hic Physcon Ptolemæus à Lago septimus, qui se Euergeten & Sotera iubebat dici, ab Alexandrinis κακεργέτης ex contrario cognominatus, & ἀπὸ τῆ φύσκης, de nomine crassi intestini appellatus Physcon: quemadmodum & huius filius Alexander φύσκων ἢ κατέπαρκ Θ dictus, ab exemplo patris. Hæc euidentissimè distinguit Athenæus lib. 4. & 12. Dipnosophist. De Sardanapalo, notum, & apud omnes auctores decantatum. Pòst sequitur argutū atque elegans genus paralepsicos: *tacendum autem*, &c. *Propudiosus*, vt Plautus in Trucul. loquitur.

Magnæ forte constantiæ mandatam]^F cui præstando magna sit constantia animi & obfirmatione opus. *Et quidem sub Nerone*, id est, eum Imperatorem cui etiam Neronem præferas. Vitellium videtur innuere, cuius tota ætas in omni scelere transacta.

Nec tepidior vis]^F tertium mutationis in virogenus, ex ambitionis causa.

Mutandis in dubiis, etiam vero saluo. calor e.]^F legendum, *mutandis indubiis*. *Etiam vero saluo, calor est omnis affectus: verum quum in aff.* Sensus est, æquè feruere τὸ κενόδοξον in rebus veris, certis, atque exploratis: omnem quidem affectionem etiam in vero calêre, sed flabellatam studiis inardescere, vt contigit Alexandro magno. Quamobrem pòst malim scribi, *Magnum*, M maiusculo.

Cataphracten amol.]^F lego, *cataphractam amolitus*, ex Vegetio lib. 1. cap. 20. est autem cataphracta lorica seu thorax militaris: cui opponitur Sarabara vestis Medica seu

H

Babylo-

Babylonica ad genua pertingens, pro eo quod est Sarballa Chaldaïis, Dani. 2. & alibi. quasi dicas, quam viri principes vestiunt, paludamentum. Hesychius *σαργλαα, τὰ ποδῶν τῶν κοινῶν ἐν δὲ ὑμῶν*. utrumque autem describit auctor sequentibus. Pōst lege, *incessit*, sensu manifestissimo.

Squamarum signaculis disculptum] Lipsius legit *disculptum*. Squamarū signacula vocat notas squamatarū illius cataphractæ siue loricae impressas in corpore ipsius ex assiduo gestatu. Nam squamatarū aliis præferebantur olim utilitatis & commoditatis nomine *ἀετῶν*; dixerunt Græci. Sequentibus legebat Latinus, *velut mollis ventilante serico restinxit*: & perplacet. pro eo quod est, ab immani æstu atque ardore recreauit.

Nisi quod & phil.] sicut Indi Gymnosophistæ, quibuscum Alexander ipse; & apud Græcos Aristippus, alique.

Cur non & in baxea tyria? calcare, nisi a.] ^f lego, *calcare nisi aurum*, &c. versus enim est, opinor, Laberij Græcos græcantis proscindentis. *Baxea* crepidæ sunt, *ἄρα τῶν βαξέων*. Plautus Menæch. *quis iste est Peniculus? quæ extergemur baxea?* sed philosophis speciatim attributæ. *Tyria*, ab ostri Tyrij colore appellantur. Est autem responsio ironica, factum ambitiosum falsè lancinans. *Crepidam aratus*, Hel-lenismus.

Aliquid subtinniret, cymbalo incessit.] ^f lege, *aliquid subtinniret cymbalo*, & dele *incessit*: nam factura est ineptè interposita ex præcedente versu. nisi quis forte cūm vocibus illis construxerit; *dignè quidem* puta sericatus & crepidam aratus *incessit*, ut bacchantibus indumentis, &c. ^r Hæc autem otunia de Empedocle, qui ære calceabatur, teste Laërtio, & ex ærea crepida inuenta in gluisse in Ætnam compertus est. Pōst lego, *Quòd si iam tunc locum Diogenes de dolio intraret; non canulentis pedibus, ut toris Platonici aiunt, sed omnino t.* Africana Enallage, *intraret* pro intraisset. Non pedibus, sed omnino, id est, totus toto corpore. Quàm iniquus fuerit Diogenes toris, id est, stratis Platonis, narrat Laërtius,

Laërtius, & hic noster auctor Apologet. cap. 46. *Torus* autem scribendus sine aspirationis nota, vt etiam *toral* & *torale*; ab intortis herbis ex quibus primùm factus est.

In adyta Cloacinarum] ^F siue *Cluacinarum*. Salsa hæc in Empedoclem, sed obscura. Verbum *cluco* Latinis duo significat Græca origine: τὸ κλύειν, audire, putari, celebrari; & τὸ κλύζειν, purgare, expurgare. multi pugnare dixerunt, per librarios decepti apud Plinium lib. 15. natur. hist. cap. 29. Huc pertinet posterior significatio, prior est loci alterius. A cluendo, τῆς κλύζειν, dicuntur clunis, cloaca, cloacina siue cluacina, & coniugata omnia. Variæ autem fuerunt Cloacinae, siue Cluacinae: vna ad lacum Curtium, vbi se Romani & Sabini pace inita purgauerunt, Plinio ibidem: altera, ad forum & nouas tabernas, Liuius lib. 3. ab vrbe cond. aliæ ad magnas illas cloacas vrbis, quas Plinius lib. 36. natur. hist. cap. 15. vocat *operum omnium dictu maximum, suffosis montibus, atque vrbe pensili subterque nauigata*. Hoc opus Tertullianus adyta Cloacinarum vocat, quia inaccessa propter situm abditissimum & graueolentiam fœtoremque loci; ex quo Arnobio *Cloacina olida* appellatur, vt à Venere Murtia, quam Cluacinam dixerunt ad lacum Curtium, distingueret. Auctor à Diogene Empedoclem in adyta ista detrusum iri pronunciat, tamquam olidum stercus & excrementum hominum, indignum qui in numero hominum (à quo se abdicauerat) poneretur: nempe vt qui se cælitum delirarat, priùs sorores suas (merdas scilicet, cloacatum & foricarum alumnas) dehinc homines ipsos in foricis sedentes, & præsidentes deas præstitetque loci Cloacinas salutaret. Hæc mysteria Empedoclis (sit honor auribus & oculis) quæ declarari oportuit. Qua propter lego, *homines, deas salutaret. Pòst acie figere, digito destinare, nutu tradere*, est omnibus modis traducere, *πρὸς ποιῶν ἄς*.

Siquis Mæandrico fluxu del.] ^F lego ex mss. *siquis Menandri confluxu del.* id est, in maxima confluentis populi multitudine, qualis Athenis fuit quum Menander Comæ-

diam, quam inscripsit Thaida, spectandam exhiberet. Pro-
 pertius lib. 2. eleg. 6. *Turba Menandrea fuerat nec Thaidos olim*
Tanta, in qua populus lusit Erichthonius. Hoc autem simile certo
 consilio adducit auctor, quia sequentia Comici verba ab eo-
 dem sunt, quum meretrices effœminato adolescenti inui-
 dentes propter luxum vestis (qui mulierum ferme proprius)
 induceret, illudentesque his verbis, *ποίησιν δ' ἔτ' ὁ ἄφρων*
χλαμύδ' ἀπώλεσεν; itaque legendum, *disperdidit.* Si cui tamen
 Pamelij coniectura magis placuerit, per me licet. Verum-
 tamen hanc interpretationem, fretus auctoritate mss. equi-
 dem malim. ^P *Episcynium, ἐπισκύνιον*, supercilium, ex Turnebo.
 hoc autem dicit, quia censura perijt Impp. temporibus, &
 luxus licentiaque inualuit maximè. ^R *Passiuitas*, promiscua fre-
 quentia. Ita in Apologetico, *suppeditante materias passiuitate*
luxuria. ^F Subuerbusti liberalibus opponuntur. Liberales
 autem ingenio & moribus æquè ac natalibus designantur:
 nam qui natalibus solùm, pòst dicuntur ingenui. Sunt ita-
 que *subuerbusti* homines ingenio moribusque illiberales, qui-
 bus nihil officij, nisi vi verberibusque extorquetur. Festus,
Subuerbustam, verberibus (sic lego, pro veribus seu veribus)
vstam significat Plautus, quum ait, Vlcerosam, compeditam, sub-
uerbustam, sordidam. Sic quidem Horatius Epod. 4. *Ibericis*
peruste fumibu latus. Sed nihil tam varia compositione opus.
 Nam vt à iure iustus, ab arbore arbutum, ab onere onustus,
 à federe fedustus olim, sic à verbere verbustus: & subuerbu-
 stus, quem vultus ipse clamitat verbustum esse. *Rupices*, pe-
 trones, rustici, vt antè de Chirone dictum. Lucilius, *Varro-*
num ac rupicum squarroso incondita vestra.

Vispillo] ^F lege *Vespillo* vbique: nam vespæ & vespil-
 lones à vespertino tempore appellantur, quo efferebant eos
 qui funebri pompa duci propter inopiam nequibant, auctore
 Festo. Iidem *bispellones* quidem, siue *bispelliones* dicebantur,
νεκροθάπται, κοπιται, sed diuersa origine; nempe ex eo quòd
 lugubris vestis suis superinducerent, in Glossario vetere,
 à binis palliis.

Conuerte.

Conuerte & ad f.] secundus mutationis locus, qui est de fœminis, in hoc cap. *Habes spectare, ἔχεις δεῖν.*

Cecina Seuerus] ^F legendum *Cacina* à cæcutientibus oculis. Hic fuit A. Cæcina Seuerus, qui elegantem orationem habuit, suadens ne magistratus secum in prouinciam vxores abducerent; cuius orationis summam narrat Tacitus annal. 3. hæc verba ex ea sumpta, *Matrona sine stola, in publico:* id est, publicat corpus suum, vt ait Plautus Bacchidibus. ^PPost est Cn. Cornelius Lentulus Augur, qui Cos. fuit anno vrbis 10. CCXXXIX. cum M. Licinio Crasso, imperante Augusto Cæs.

Exautorasset] ^F lego, *exautorasset*: sic passim. Auctor tum pro eo qui caput rei est quam paratus est præstare, tum pro eo qui auget, ἀξίωμα, ἔξουσις, non differt scriptura, sed vsu solùm, Prisciano teste: nam augendi significatione dicitur auctor & auctrix, altera minimè. Scribendum itaq. auctor, auctoro, exauctoro, &c. Fœmina autem se exauctorare dicitur, quæ vestem suam, matronale suum auctoramentum, exiit. Nam, vt aiebat ille apud Herodotum in Clione, ἀμα κηδῶν ἐκδουλέην σκευδὸς ἢ τὴν αὐτῶν γυνῆ. Post *planitus*, pro omnino *starectus* ponitur, vt distinguatur à planè, nisi forte *planius* legeris, pro eo quod est magis de plano atque de facili, vt loquuntur Iurecōs. atque hoc equidem probo. Vestium autem muliebriam quæ huc adferuntur duæ ad rationem corporis pertinent, & duæ capitis. Corporis sunt *stola*, matronalis vestis ad pedes vsque demissa, Horat. Serm. 1. sat. 2. *Ad talos stola demissa, & circumdata palla:* & *supparum*, subiectus stolæ corporis apparatus. Lucretius lib. 3. *humero hærentia primis Suppara nudatos cingunt angusta lacertos*, à quo *supparare*, *σπερῆν*, libro de cultu fœm. Sed caue confundas cum *suparo* Punico vestimento (vt appellauit Næuius) id est, *supero palliolo* vel *carbaso* quod stolis imponebant fœminæ: nisi malis ab ornatu & venustate dictum Pœna origine. Capitis sunt *crepidulum* sine *crepulum* Festo, quod in capitis motu *crepitum* facit, id est, sonitum bracteis collidentibus,

aut (quod malim) fulgorem micantem, qui crepitare Latinis dicitur: sic enim Virgil. *Æneid. 11. sinusque crepanteis Carbases fuluo in nodum collegerat auro.* Manil. lib. 3. *Et crepissent luces eius, pars tertia signo Tradenda est medio semper.* & huic subditum calicndrum, vt Horatius quoque nō minar. Quod enim calliandrium scribunt alij, hoc virorum, non fœminarum est; quemadmodum Arnobius lib. 6. aduersus gentes vsurpauit.

Quis in publico quoque d.] ^F Latinius legit, *queis in publico quoque domesticè ac secretè vehebantur.* hoc non placet: nam illud Hellenismi est Tertullianici. *ὀικείως ἢ κατ' ἰδίαν εἶχοντο.* Sequentia *καρπομυῶσιν* sunt, illis ex aduerso respondentia, *Tales habitus, qui de natura & modestia transferunt, & acie figere, & digito destinare, & nutu tradere, meridò sit.* alij (inquit) conuiuent vltro, ac non vident, alij irritant, quod indignius. Pòst *frictrices rebâdes* intelliguntur, quarum obscenissimam fœditatem quamlibet scurrilis Lucianus explicare superfedid. Meminit prætercà auctor lib. de resurr. carnis cap. 16.

Vel sublimis iam; matr.] ^F lego, *vel sublimem iam matronas: videbis, quum larr.* Sublimeis dicit non plebeias, sed Senatorias & equestreis; aut quasi in æde castitatis & Pudicitæ supra alias eminentissimo loco constitutas. Pòst legunt alij, *immundiore in loco*, sententia plana: veruntamen nihil muto. Antistes, *ὁ ἄφορος.* Armillas autem fortibus viris primùm fuisse datas narrat copiosè Plinius lib. 33. nat. hist. cap. 1. & 2.

Manus inserit, impuro cruri pur.] ^F lego, *manus inserit impuro cruri, purum aut m.* euidente sententia: prius enim ad periscelidas pertinet, & barbara tegmina crurum; posterior ad calceos. Sunt autem hi aut *puri*, quibus nihil assutum; aut *mullei*, quibus assutum ornamentum: nam mulle, *μυλλεῖν*, est suere. Inde mulleolus κατ' ἑσπεροεισημὸν *fœminia attributus.* Plinius lib. 33. nat. hist. cap. 3. *habeant virias fœmina in armis digitisque totis, collo, auribus: spiritus discurrant catena cir-*

cum latera, & inserta margaritarum pondera è collo dominarum auro pendent, vt in somno quoque vnionum conscientia adfit: etiamne pedibus induitur, atque inter stolam plebemque hunc medium foeminarum equestrem ordinem facit? ^R Omnia candidatum, figura Græca, hoc est, secundùm omnia. ^P Notantur autem ordine habitus eorum qui initiantur Cereri, Bellonæ, Saturno, & Æsculapio.

Affectionum tenebricæ v.] ^F *τοποποιήσις*, assumptionem. Pōst legi malim, *vagantur*, nempe Bellonarij isti *θεοφορέμωτοι*, lacertos & crura sibi conscindentes. Galatici ruboris *superiectio*, pallium est coeco Galatæo infectum, vnde vulgo appellatur *escarlacte* corrupta voce. ^P Plinius lib. 9. nat. hist. cap. 41. ^F Confer cum iis quæ habentur lib. de testimonio animæ, cap. 2. sub finem.

Crepidæ cretatae] ^F lego ex mss. *crepida Gracata*, id est, curatæ more Græco: nam Africanos & Carthaginenses respicit. *Gracatim adulantur*, id est, Græcum cultum exhibent: nam adolare vel adulari in sacris est colere, exhibere cultum: à verbo antiquo *olare*, *adolo*, *adulor*, *cólo*, *subúlo* pro tibi-cine Ethrusca lingua. Ennius, *subulo quando marinas Propter stabat aquas*. Sic legendum in Festo. Glossarium, *Subúlo*, *αυλιτής*. Aliud autem est *subulo* Lucilio, Aufonioque, à *subula*: hæc à *suendo* dicta.

Quanto tunc magis arg.] ^F Latinius legebat, *Quanto tu magis arguas illud, quod vrges oculis, &c.* Ego verò sic malim, & est *ἐμπαρκώτερον*, *Quanto nunc magis arguas illud? & vrges oculis etiam simplicis & in affectata, tamen superstitionis, reum!* Iam enim transit ad Christianæ simplicitatis defensionem, condemnatis superstitionum ritibus. Quum autem dicit, *tamen superstitionis μίμνῃς* est *συγχωρητική*. nam eandem mox vocat sapientiam, atque extollit grauissimè.

Superque omneis apices & titulos s.] ^F legendum, *superque omneis apices & titulos sacer suggestus, deducito oculos, suadeo, &c.* Apices Flaminum; tituli Flaminicarum galeri dicti. Etsi aliis etiam tituli galeri Flaminum dicti; apices verò

verò filamenta summis tutulis imposita ab apiendo, ut narrat Festus. Consulatur locus. Hinc *tutulati* Ennio prima breui, *Libaque, fictores Argeos, & tutularos*. Aliud est *tutulus* prima longa, ἀπρόπολις, phala, apud Varronem lib. 6. Hoc à tuendo est: illud ab ante ferendo, quemadmodum & titulus ex eo dicitur. *Suggestus* pro habitu, est Tertullianicum. *Deducito oculos*, reuerentia tactus quæ post exprimitur, eleganter dictum. *Interim*, tandem aliquando.

CAPVT V.

TAMEN inq.]^F transitio ad causarum explicacionem: ut cap. i. dictum.

Anacharsis] ^F qui Saulij adhuc pueri, Scytharum Regis Indathyrsi nati (nam huius erat patruus) suus & legitimus tutor futurus erat, regnoque præfuturus tutelæ nomine. Herodotus in Melpomene: *Præuerit regno*, anteposuit, ut sæpe Plautus.

Est habitus iste quod faciat. Prius e.] ^F legendum, est habitus iste quod faciat prius? etiam ad simplicem spectat elam eius, n. sensus est, nonne hoc illud primum est quod iste habitus testatum facit, nos in melius transgressos esse? *spectatela*, aspectus, Tertulliani proprium: nam hunc auctorem nomina in *ela* delectabant, *monela*, *fugela*, & similia.

Nec artifice necesse est] ^F lego ex mss. *artificem*, supple habere. ellipsi Græca. Sequentibus autem tædium togæ exponitur accuratissimè.

Partem quidem] ^F triplex tabulati ordo in rugis togæ, ad dexteram, ad sinistram, & ponè. Nam togam hic explicatâ *ymbonem* vocat, ut Persius sat. 5. partemq. eius superam quâ ceruices stringit, ambitum: hic continebatur umbilico, de quo Glossarium, Umbilicus, ἄμφαλ & ἀσπίς & μένυς.

In tergo deuoto, atque i.] ^F lego, in terga demato, atque ita hominem sarcinam vestiât. Hellenismus est elegans de sartore siue vestispice dicitur, ex mss. De his autem sartoriæ nominibus iam antè aliquid destrinximus in cap. i.

Quid

Quid statim à limine properes] ^F Hellenismus: vt Horat. lib. 3. carm. ode 24. *Cùm periura patris fides Consortem socium fallat & hospitem, Indignoque pecuniam heredi properet, & similia.* Pòst lego, nullius profecto alterius indumenti expositu quàm *r.* id est, depositione.

Calceos nihil dicimus] ^F togatorum puta, quos paulo pòst *perones effœminatos* vocat. Diabathra virorum intelligit, vt diabathræ erant fœminarum. Næuius apud Varronem lib. 6. de ling. lat. *diabathra in pedibus habebat, atque amictus erat epicroco.* Erant autem præcelso calcaneo, vestigio inflexo & vnco, ad pedum digitos depressò, quales Sarmatarum & Orientalium visuntur hodie, ostentationi ac non incessui commodi: quapropter auctor proprium togæ tormentum appellauit.

Quam enim non expediat] ^F lego, *quem enim non expediat.* Est autem oratio elliptica *ἐλλειψὶν.* Desideratur *potius, μᾶλλον.* quem non expediat, inquit, æstate & hieme rigere, id est recto pedi insistere, etiam si nudipedem oporteret, *γυμνόποδα,* potius quàm in calceo & tormento isto vncipedem? *καμπυλόποδα.* *Sutrina Veneris,* sutorum officinæ, *Veneris & libidinis* ministræ.

Perones effœminatos] ^F Perones, rustici calcei contra niues imbres frigoraque cõmodi ex corio crudo præalti, dicti quòd peræ modo informes sint aprati pedibus. Virgil. *Aeneid. 7. vestigia nuda sinistri Insituere pedis, crudus regit altera perõ.* Iuuenalis sat. 14. *quem non pudet alto Per glaciem perone regi?* Græci *φακίασα ἢ καρκατίνας* dixerunt, Hesychio teste. Hos autem calceos mollities togatorum effœminauerat, vt desstringit auctor.

Etiamsi duplex, quod Crat.] ^F Latinius legit (*etiamsi duplex quoque Cratetis more*) nusquam vestiendo componitur. Malim mutatis solùm distinctionibus, *etiamsi duplex, quod*

Cratetis more. Nusquam vest. &c. hoc euidentius, & ex mss. fide. Cratetis autem nomine & Cynicos intellige, quorum commune *ῥηλῳτίον*. ^F vnde & Horatius scripsit, *Contra quam duplici panno patientia velat.* ^F Pòst ordine laudes percurrit pallij, ex togæ antecedentis oppositu.

Licet equidem nusquam inhumano] ^F Latinius, *licente quidem, nusquam inurbano.* rectissimé.

Nihil de tabularum fide] alludit ad forensē formulam de tabularum seu instrumentorum fide, & togam ludificatur suaniter. Pòst alij legunt, *homini simul.* Hellenisimum malo. *Cippus* autem, qui pòst nominatur, non est locus in quo reconduntur vestes, vt putauit Pamelius, sed palus est ingo transuerso instructus, cui appenduntur vestes. ab eo dictus, quòd pes, id est, palus arrectarius capitatus est. Alia est origo cippo, *τῆ ῥοδοδάκτυλῃ, ἢ ῥοδοδάκτυλῃ*, quo fontium stringuntur pedes: nam à capiendis pedibus dicitur Casari.

Mundissimum opus] ^F nempe ab omni molitione, quam antè dixerat. *Pedes nudi magis*, non (vt istorum) peronati. Horatius lib. i. epist. 19. *Quid, si quis vultu toruo ferus, & pede nudo, Exiguaque toga simul et textore Catonem, Virtutemne repræsentet moresque Catonis?*

De negotio prouocat.] ^F legere malim, *de negotio prouocas?* ex mss.

Nihil foro, nihil c.] id est, iudiciis, comitiis, consiliisque publicis: quæ singula à suis locis designantur.

Sed ignaua infamique] ^F Malim proximè mss. *sed ignauia infamatus.* Sunt autem hæc aduersariorum verba, quibus *εἰπαρῖνάς* responderet sequentibus. Pòst lego, *tam & propemodum*, euidentius ad *σύγκριτον* institutam: ait enim, tam propemodum mihi licebit, quàm Epicureis Stoicisque licuit.

licuit. Est autem versus Iambicus (Ennij fortè in Afoto)
Nemo alij nascitur, moriturus sibi.

Epicuros & Zen.] id est, Epicureos & Stoicos, qui
 voluptatis & ἀνελεγχισίας seu indolentiæ studio homines ab
 administratione retrahebant.

De qualibet margine vel ara] ^F Turnebus, *imagine
 vel ara.* Fefellit virum doctissimum aræ nomen. Marginem
 appellamus extremitatem viæ publicæ circumstantem latera
 ipsius: vnde marginare dictum. Livijs, *Censores vias ster-
 hendas silice in vrbe, glareæ extra urbem substernendas margi-
 nandasque primi omnium locauerunt.* fiunt enim margines
 optimi ex marga arenacea, & inde nomen. Aram verò di-
 xerunt veteres quæ pòst area, id est, τὸ ὄπισθεν, solum siue
 planities cùm viæ publicæ, tum rerum aliarum omnium,
 Thusca Phœniciaque origine: nam *arha* Phœnicibus solum,
 ὄπισθεν. Sic Virgil. *Aeneid. 1. Treis Notus abreptas in saxa
 latentia torquet, Saxa vocant Itali medijs qua in fluctibus aras.*
 Ridiculum est quod ait Seruius, ita propterea nominatas
 quòd ibi Afri & Romani fedus inierint: scilicet prudentes
 & politici homines scopulos periculosos delegissent coitio-
 nis locum. Sic Varro lib. 1. de re rust. cap. 54. aram locum
 planum editumque vocat vbi reponuntur racemi in carna-
 rium escensuri. Est igitur prouerbiale dictum, pro eo quod
 est, vbicunque sim, in omni loco promiscuè, siue obscuro,
 siue eminente, p̄uato aut publico, angusto aut lato. Sic po-
 steà quoque prouerbiale est, *si pergam ad acuta tecum, ἐὰν εἶς
 τὸ ὄξος ἐλθῶμαι.* Nam (vt ait Homerus) ὄξος ἄπυς.

Nulli impetigini adolor] ^F verbum, *adolor*, abesse
 malim: & inscitus (opinor) librarius ad textum adiecerit.
 Sine hoc & constat sententia, & plus gratiæ atque auctori-
 tatis habet. Pòst orbem vocat rotundam mensam, quam vete-
 res dicebant cillibam. Ex eo autem loco emendandus Pli-
 nius (quod multi antè monuerunt per partes) lib. 13. nat.

hist. cap. 15. *Atlas mons peculiari proditur silua, de qua diximus. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor citri, & mensarum insania, quas scemina viris contra margaritas veperunt. Exstat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & (quod magis mirum est) illo auo empta HS. 10. memoratur & Galli Afiniij, HS. 100.*

^P Hinc Ciceronianæ mensæ Tertulliano lib. de anima, cap. 33. *Adigere cauterem, & post immergere scalpellum, pracidere gulam, dare catharticum, hæc singula pro ratione sermonis instituti prouerbia sunt, translata à re medica.*

Sulla molitur] ^F id est, parat sibi & gratiosis suis vindicare proscriptionum dolo, ut cū Plinio loquar. Sunt autem hæc omnia à Plinio lib. 33. natur. hist. cap. 11. *Post malim, & quidem, cum Rhenano: est enim ἐπιφαρμάκωρον. Est autem promulsis, aut ius condimentarium, aut cibus condimento instructus, aut denique lanx siue promulsidarium Iurecos. dictum, non à mulso, sed potiùs à mulcendo. Hic postrema est significatione.* ^P Huc autem spectauit auctor Apologet. cap. 6.

Fortasse mensis necessariam] ^F lego ex MSS. & prima editione Rhenani, *fortasse an mensis necessariam?* vel sine ἐπιφαρμάκωρον signo, ut & fortean, forsan, forsitan. Sequentia ex Plinio interpretanda. *Cui promulsidi conficiendæ si officina exstructa est, debuit & triclinium addi, confici, id est, ministerium iustum triclinij eodem luxu. Hoc autem ipsum describit his verbis Plinius ibidem, cui fabricanda officina prius exedificata fuerat: tum de ministerio, & comites eius, inquit, octo, quinquaginta librarum: quæso, ut quàm multi eas conserui inferrent, aut quibus cœnantibus?* Triclinium autem pro ministerio ipsius accipit eodem loco Plinius: *Cornelius Nepos tradit ante Sylla victoriam duo tantum triclinia Roma fuisse argentea.*

Murænis inuadendos] ^F Ciaconius legebat, *mandendos*, coniectura non mala: sed illud non reiicio. Post Latinus,

nus legebat, *noua scilicet scuitia delectatus tenera bestia*; ad-
dens, *Tertulliani forte error*. Ego sic lego Tertullianum à re-
prehensione integrum, *noua scilicet scuitia delectatio terrena*,
bestia, & edentula, & exunguis, & excornis: de piscibus placuit f.
ex mss. *ἐπιφωρηματιῶς*. Terrenam autem bestiam appellat
Vedium Pollionem: qui scuitia quidem erat bestia, sed na-
tura homo. Est enim homo animal terrenum, edentulum,
exungue, (vt auctor loquitur) & excorne: qui etsi dentes &
vngueis habet, tamen nec iis dentibus planè quibus cruentæ
feræ, nec vnguibus instructus est, quibus recentem prædam
ferino more voret, aut discerpat & laceret. Sic quod natura
Pollioni isti negauerat, animus vsurpabat tamen; quemad-
modum his verbis graphicè exprimitur. Frustra itaque Pa-
melius & alij de conciliando Tertulliano cum auctoribus
cæteris laborabant, quasi murænam edentulam pronun-
ciauerit, quum Pollionem hominem ferum tetigerit. ^P De
hac autem historia legendi Seneca lib. 1. de ira ad Noua-
tum, Plinius lib. 9. natur. histor. cap. 23. & Crinitus lib. 6.
de honesta discip. cap. 10. ^F *De piscibus feras cogere*, eleganter
dictum, pro eo quod est pisces in vinaria colligere, qui fera-
rum officium faciant, hominesque sic mandant vt feræ
solent.

In adulterinum prou.] ^F lego cum veteribus mss. in
adulterium prouexit saporem, neglecta Harrisij coniectura.
Adulterium enim pro confusione rerum Plinius frequenta-
uit, quem hic noster imitatur plurimum: vt quum dicit, *ad-*
ulterare adulteria natura; item *arborum, mercium adulteria*: co-
actis ergo peruariis alitium alimentis in saginearia, saporem
earum naturalem prouexit in adulteria, id est, effecit vt ex
alimentorum illorum sapore sapor earum quasi adulterio
temperatus esset. Atque hinc natum *Lurconis*, quasi luri-
conis siue lurigonis, id est, in luram agentis nomen. Est enim
lura os collei: & lurcones in os ventremque suum velut in
luram inigunt, qui venter collatiuus ex eo dicitur. De his

autem Hortensij & Aufidij historiis legendus Plinius lib. 10. natur. hist. cap. 20.

Detulit] ^F id est, mercatus emit. Deferre enim est indicaturam pretij facere, aequè emptoris ac venditoris commune, μεταληπτικός, pro eo quod est ex indicatura conductioque pretio siue conuento secum exportare. Seneca, *videamus hoc quod concupiscimus quanti deferatur.* & similia. De hac historia Plinius lib. 9. hist. natur. cap. 17. *Asinius Celer, inquit, è Consularibus, hoc pisce prodigus, Caio principe vnum mercatus est vi. millibus numum.* Ita enim legendum ex hoc ipso loco, & Iuuenale sat. 4. dicente, *nullum sex millibus emit Equantem sanè paribus sestertia libris, Ut perhibent qui de magnis maiora loquuntur.* Quid si & Sammonici verba eodem modo reformaueris apud Macrobl. lib. 3. Saturn. cap. 16?

Patinam conflauit] ^F lego, *patinam confiscauit*, ex MSS. Est enim confiscare, omnia quasi in fiscum vnà comportare atque congerere. Fiscus enim, qualus vimineus. Suetonius Augusto cap. 101. *quam summam representari iussit: nam & confiscatam semper repositamque habuerat.* Quomodo & corbitare à corbe Plautò dici volunt in Casina. ^R De hac autem Æsopi historia Plinius lib. 10. nat. hist. cap. 51. ^F *Quibusque pro quibuscunque, sæpe Tertullianus vitur.*

Qua filius eius] ^R videndus item Plinius lib. 9. natur. hist. cap. 35.

Nerones, & Apicios, & Rufos.] ^F *Νερονες* & indefinite dictum. ^P *Neronis* luxum in cibus narrat Suetonius Nerone cap. 27. ^F *Apicij* retulerunt Seneca ad Elbiam matrem, Plinius lib. 9. natur. histor. cap. 17. Athenæus lib. 1. & 4. & Suidas. *Quin & Apion Alexandrinus scripsit librum* *ὡς τὸ ἀπικίον περιφῆς*, cuius testimonium ab Athenæo lib. 7. adducitur. Quapropter & Elagabalus apud Lampridium luxuriae suae nomine, priuatus se Apicium, Imperator verò factus Neronem, Othonem, & Vitellium dicebat imitari. De
Ruso

Ruso non peræquè constat. Mihi ille videtur esse M. Cluuius Rufus, vir consularis, quo præcone ob commoditatem vocis utebatur Nero in certaminibus, vt auctor est Dio. Hunc enim Cluuium à glubendo dictum putauerim, ex maiorum familiarum appellatione. Meminit Tranquillus in Nerone, cap. 21.

Dabo catharticum] ^P purgans medicamentum, quod purgandi vim habet. De obscenissima Scauri impuritate Seneca lib. 4. de beneficiis, cap. 31. ^F Hic fuit Mamercus Aemilius Scaurus (qui apud Dionem corruptè Marcus) auctor tragœdiæ quam inscripserat Atreus, ex qua sumptum mortis argumentum, vt narrant Dio & Tacitus lib. 6. annalium. ^R De Curio, Alconius comment. in orationem Tullij, quam aduersus C. Antonium & L. Catilinā habuit, annorauit Q. Curium notissimum aleatorem fuisse, & postea damnatum, celebratumque à Caluo poëta huiusmodi versiculo, & talis Curius pereruditus. ^F Quapropter à Cicerone lib. 2. epist. ad Atticum, Curiana plocis appellatur. ^P De M. Antonij Triumuii vinolentia multis locis multi: vt Tullius lib. 12. epist. fam. epist. 55. & lib. 14. ad Atticum, epist. 4. ^F optimè verò Plinius lib. 14. hist. nat. cap. 22. vt qui etiam volumen impudenter de sua ebrietate ediderit.

Has purulentias] ^F id est, purulentam sanie abscessuum hominibus adnascentium. Post exuaporabit; haud scio an melius expurabit: Esti illud non damno: nam in veteribus & putribus curandis abscessibus, non exuratione solùm, sed interiungente exuaporatione opus, vt docet chirurgia.

CAPVT VI.

SERMONE, inquis, me] ^F lego, Sermone, inquit, nimirum Euripides, ex mss. fide. Verba Euripidis hæc sunt, λέγει με πείθει φαρμάκω σοφωτάτω. Post itaq; legi malletm medicamento, vt versus sibi constet in hunc modum senarius, — sermone me suades, medicamento sapientissimo.

Elingui.

Elingui philosophia] ^F mss. *elingua philosophia*, vt antè
informa cap. 2. atque hoc puto esse Tertullianicum.

Auditur philosophus] ^F id est, auditur Christianus,
pallio ipso docens philosophiam.

Viderit nunc philosophia, quid p.] lego, *videris nunc*,
philosophia quid profit: nec enim sola m. est enim hoc sermone
instituit pallij accommodatus, ad aliorum palliatorum re-
censionem transiit: hic enim *μετέθεσις* à philosophia ad co-
mites & ministras ipsius. Hi autem huic numero adscri-
buntur: *primus informator literarum*, abecedarius atque litera-
tor dictus: *primus edomator vocis*, qui & phonaicus Græca
voce: *primus numerorum arenarius* (sic enim lego, non hære-
narius, ab arendo) Arithmeticus, qui inter docendum sin-
gebat in arena ductus numerorum, palimpsesti chartæ ue-
lletitia loco: *Grammaticus, Rhetor, Sophista, medicus, poëta, mu-
sicus*; qui Grammaticam, Rhetoricam, Logicam, Medicinam,
poësin, musicamque docent ac profitentur publice: *qui stel-
larem coniectat*, Astronomus: *qui volaticam spectat*, Geometres.
Sic omnia hic pertexit paucis *ἐκ δεξιῶν μαθημάτων*, id est, li-
beralium (vt vocant) disciplinarum genera, & instrumento-
rum ferme ad eas pertinentium. Veruntamen quid si pro
illis verbis, & *Medicus*, legamus, & *Melicus*? nam medico vix
in hac quidem cōsequutione locus videtur esse, nisi ad cura-
tionem & medicinam loci. Erit itaque *Melicus*, qui docet ca-
nere, *μελῳδῆν*. *Poëta*, qui argumenta conscribit *μέδων*: *qui pul-
sat Musicam*, lyricus aut Psalter. Etsi non eo negauerim pal-
liatum fuisse Medicum, & ad liberalia studia ex parte aliqua
pertinuisse. Suum per me iudicium cuique.

Qui volaticam spectat] ^F non hic Astrologus, sed
Geometra est. Volatica autem Geometria appellatur, siue (vt
nonnullis placet) à vola, media parte manus qua dimetiuntur
Geometra omnia; siue (quod verius est) à voce in sacris vsur-
para

pata vola, quæ terram significat in Etrusca disciplina, Phœnicia origine. Est enim à verbo *lebal* (quod est adferre fructum) *Ἰεῖδα* & *ἀπυεγ*, terra ferax dicta, vt etiam Hebræis *Thebel*. Ab hac autem dicta fuit Volta, quasi terrigena, monstrum de quo Plinius lib. 2. nat. hist. cap. 53. vt rectè Gelenius in eum locum obseruauit. *Vetus fama*, inquit, *Etruria esse impetratum fulmen, Volsinios urbem agris depopulatis subeunte monstro, quod vocauerunt Voltam.*

Quatuor meis angulis] ^F nam pallium fuit quadrangulum, (suprà cap. 1. & 5. Totum autem hunc locum sic lego, *quatuor meis angulis regitur planè: post Romanos Equites verò, & cerdones, & omnis gladiatorum ignominia, &c.* id est, togati sunt gladiatores ipsi, & quicumque infames pronunciantur iure. Vide lib. de spectaculis, cap. 22. & responsa Iurecos. de his qui notantur infamia.

Sed ista pallium loq.] ^F Conclusio singularis sermonis illius, qui pallio *ἐξ ἑστρωποποιητικῶς* fuit attributus. Pòst conclusio sequitur *καθ' ἑαυτὴν*, ab auctore ipso dicente, *At ego iam illi* (nimirum pallio) *etiam diuina secta ac disciplina commercium confero*, id est, *ἐπιτιμῶ*, vt quam rectissimè exponitur in Glossario: ego, inquit, pro parte mea iam pallium hoc facio Christianitatis còsors, vt sequente acclamatione ostenditur. Quod autem vulgo *iam me* legitur, factum puto librariòrum culpa postremam literam vocis *iam* (quod frequens erratum est) repetentium vitiosè. *Melior philosophia*, Christianismus, cuius auctor summus, doctrina verissima, & finis certus in æternum incundissimus.

K

INDEX

INDEX VOCVM,

qua in NOTIS AD LIBRVM TERTVLLIANI DE PALLIO

exponuntur Grammatica
interpretatione.

A.		<i>Auctor</i>	61
		<i>Auis Pannus</i>	24, & 27.
A	ACHILLES		53
	<i>Adolo, adolor</i>		63
	<i>Adulterium, adulterare.</i>		69
	<i>Aesculapius</i>		28
	<i>Alakata</i>		49
	<i>Alcinoi pomaria</i>		45
	<i>Alexander polyhiflor</i>		48
	<i>Ambitus toga</i>		64
	<i>Antia</i>		55
	<i>Apices</i>	63, &	64
	<i>Ara,</i>		67
	<i>Arcas</i>		32
	<i>Area</i>		67
	<i>Arene</i>		40
	<i>Aries</i>		35
	<i>Asclepius</i>		28
	<i>Asphaltites lacus</i>		42
	<i>Athletarum ratio</i>		52
		B.	
		<i>B Axea</i>	58
		<i>Bispello, bispello</i>	60
		<i>Blatea, blateo, blatero, blatio, blato</i>	37
		<i>Byrsa</i>	28.
		C.	
		<i>C Acina</i>	61
		<i>Calare</i>	26
		<i>Calcei puri, mullei</i>	62
		<i>Caliendrum</i>	62
		<i>Calim</i>	51
		<i>Calliandrium</i>	62
		<i>Candere</i>	23
			KayCa-

AD LIB. TERT. DE PALLIO.

Kapallivæ	65	Crepidulum	61
Carchadtha	35	Crepitare	62
Carchedon, Carchedonius	35	Crepitulum	61
Carthaginenses, principes		Κερόδωρον	34
Africa	24	Cynicorum vestis	65, & 66.
Cataclita	45		
Cataphracta	57	D.	
Catinenses	56	D Ecumani fluctus	39
Cetræ	34, & 35	Defanare	32
Charybdis	41	Defectus, contr. indefectus	47
Χειμῶν, Χειμῶσπον, contr.		Deferre	70
Iberistrum	55	Deglubere	48
Christianorum vestis, pal-		Delos	40
lium	23	Deluo, deluivium	43
Ciceroniana mensa	68	Denotare	24, & 45
Cilere	26, & 35	Deserens, contr. stipans	43
Cilicium	26	Designatus	55
Cilium	26, & 35	Derivimentum	43
Cillere	26, & 35	Diabathra, diabathrum,	65
Cilliba	67	Dium, diuum.	39.
Cillus	35		
Cilones	36	E.	
Cinnus	35	E Bullare	39
Cippus	66	Effari	32
Clamcularia	54	Elicere	48
Cluacina, Cluacina	59	Elinguus	40, & 72
Clueo	59	Enarrare sacra	31
Cluvius	71	Endremis	56
Cogitatio	26	Επισπῆς	23
Colere	63	Επιθῆμα, ἐπιθῆμα	23
Commercium	73	Επιτογῆς	27
Compensare	54	Episcynium	60
Concilium	26, & 53		
Confiscare	70	K 2	Equus,

INDEX VOCVM IN. NOT.

Equus, machina 34
 Escarlatte. 63.

F.

FAnare, fanum sistere 32
 Fibula 27
 Fiscus 70
 Fluitare 40
 Flastra 39
 Femina 54
 Folleo, follico, follex, folliis 47
 Follicularis vita 47
 Fortasse-an 68
 Frictices 62
 Frustra esse 41
 Fullones 56
 Furcilla. 35.

G.

Galaticus rubor 63
 Genius loci 55
 Gentilirus. 51.

H.

Haxam. 49.

I.

Immunis 52
 Incommunis 52
 Infamare 25
 In fat sus 55

Infibula, infibulare 27
 Informus 40
 Ingenium 36
 Ingluuius 43
 Inhabitari 51
 Instita 27
 Intercutem casus, flagitatus, flagitans 55, & 56
 Intercutitus 56
 Interim 37
 locus 32
 Ihs mater 48
 Iunonia 30
 Iunare 32
 Iuxta cutem tondere. 52.

L.

Lacio 48
 Laniculis 34
 Laquens 48
 Lax 48
 Leuidensis, contr. multicius 57
 Liberare 32
 Licium 48
 Longiscere 46
 Lumen 26
 Lura, lurco. 69.

M.

Malikus 49
 Margo 66
 Molicus 72

Menan..

AD LIB. TERT. DE PALLIO.

Menandri conflatus	59
Metari, metatio, metator, metatum	38
Mida rosetum	45
Misilia	39
Mulcare, mulgare	51
Mullare	62
Mulleoli calcei	62
Multicia, contr. leuidensis	57
Mutare.	40.

N.

Nemea.	55.
--------	-----

O.

O B, in compositione	36
Obscenus, obscenus	30
Obumbrare	39
Olare	63
Ozi	26
Opidum, opido	46
Orbis, mensa rotunda	67
Oscillum, oscillatio	35, & 36
Orium.	24.

P.

P Alam, contr. clam.	51
Pallium,	23, & 51
Palo, contr. celo	51
Paratura	51
Pasuitas	60

Pasuitus	51
Patagium, patagiarij	45
Pelagji	32
Pephasmenos	34, & 35
Pero	65
Περόν	27
Φακασία, phacasia	65
Philyra	33
Phrygius	26
Physon	57
Planitus	61
Poenus anis	24, & 27
Πόρμ	27
Pracoquus, praxox	29
Prasstructim	47
Pravertere	64
Prodigere	26, & 27
Proinde	38
Promulcare, promulgare	51
Promulsis, promulsidarium	68
Profeda, prostibula	54
Prostitui, prostitutor.	54

R.

R Eciproicornis	34
Rbegium	41
Rasor	51
Res	37
Runa	43
Runca, runcare	43, & 44
Runcina	44
Rupex	53, & 60
Ruspere, ruffinari.	44

K. 3

Samo.

INDEX VOCVM IN NOT.

S.

S Amos	40
Sarabara	57, & 58
Sarban	42
Scopi, scopiones	50
Scortum	55
Scrupeus	53
Scylla	41
Ἐκυτόλη	54
Seculum	29
Selga	49
Serbonis lacus	42
Si forte	43
Sipare, supare	44
Sistere fanum, templum	32
Solennia, sollennia	32
Sollus, solus	32
Solox	56
Spectatela	64
Spero	55
Spina, acicula	49
Squamata lorica	58
Stamen	25
Stipans, contr. deserens.	43
Stola	61
Striculus	53
Strigores	53, & 54
Strix	53, & 54
Subdium, subdiuum	39
Substillum	39
Subtegmen, subregimen	25
Subtemer	25
Supare	44
Subuerbustus	60

Subulo, subulo	63
Sudum	39
Suggestus	64
Suparum	61
Supparum	25, & 61
Supus, supinus	44
Synthesis.	56.

T.

T Abulata congregatio	33
Ἰνέριον, τῆς ἐριον	32
Tebennus	32
Telinum vnguentum	55
Textitrahus	34
Textum	34
Thais Menandri	60
Theristrum, contrar. χειμαστρον	55
Ἰνέριον	33
Tilia	33
Tiryus	55
Torus, toral, torale	58, & 59
Trabes machina	34
Trama	25, & 26
Tunica duplex	24, & 25
Tutulati	64
Tutulus	26, & 63, & 64.

V.

V Elamentum.	26
Verbustus	60
Verfi-	

AD LIB. TERT. DE PALLIO.

<i>Versicolor</i>	38, & 46	<i>Virius</i>	56
<i>Versiformis</i>	38	<i>Umbilicus</i>	64
<i>Versipellis</i>	38	<i>Umbro</i>	64
<i>Vesphillo</i>	60	<i>Vola, volatica.</i>	73
<i>Vestificina</i>	50	<i>Volta</i>	73
<i>Viria, viriola</i>	56	<i>Vitica</i>	28, & 29.

ERRATA.


PAG. 5. vers. 2. l. munus est, & vers. 15. l. metatio. pag. 30.
 vers. 12. l. Carthaginis. pag. 37. & sequentibus toto folio vi-
 tiosa sunt nota, reponendum 41, 42, 43. & sic deinceps. pag. 49.
 vers. 3. à fine l. Prorsus. pag. 51. vers. ultimo. l. ludicro à vi-
 τία φ, sublata distinctione.











Q. SEPTIMII⁵
FLORENTIS
TERTVLLIANI

DE
PALLIO
LIBER.

Cum Notis Francisci Iunij.



LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium.
clō. lo. xcv.

